Isaac H. Hall,

THEODORI MOPSUESTENI

FRAGMENTA SYRIACA

E CODICIBUS MUSEI BRITANNICI NITRIACIS

EDIDIT

ATQUE IN LATINUM SERMONEM

VERTIT

ED. SACHAU, PH. D.

LIPSIAE

SUMPTIBUS GUILELMI ENGELMANN

TYPIS GUILELMI DRUGULINI

MDCCCLXIX.

50,922

603.5
T40.2
1869

Digitized by Google

603.5
T4a2
1869

Andover

Digitized by Google

THEODORI MOPSUESTENI

FRAGMENTA SYRIACA

E CODICIBUS MUSEI BRITANNICI NITRIACIS

EDIDIT

ATQUE IN LATINUM SERMONEM

VERTIT

ED. SACHAU, PH. D.

LIPSIAE

SUMPTIBUS GUILELMI ENGELMANN

TYPIS GUILELMI DRUGULINI

MDCCCLXIX.

Digitized by Google

A Gift.

Purchased from the library of Prof. Isaac H. Hall, Ph. D.

ANDOVER THEOL. SEMINARY
MAY 9 1900
LIBRARY.

50,922

Digitized by Google

603.5
T40.2
1869

PRÆFATIO.

Post O. F. Fritzschium, qui summo cum studio et acumine Commentatori illi Mopsuesteno primus debitam operam navavit,* duo praecipue viri huic parti literarum patristicarum novam affuderunt lucem: J. L. Jacobi** et F. J. A. Hort***, qui suum uterque sequens ingenium fragmenta Commentarii in epistolas Paulinas, quae sub nomine Sancti Hilarii circumferebantur, Theodoro vindicarunt.

Jam pridem viri docti neque temere sperarunt fore ut omnia Theodori opera ex sermone Syriaco, in quem ejus asseclas ea vertisse satis superque notum erat, quondam restituerentur. Quid quod 'Ebed Jeshû' metropolitam Ṣôbensem

* „De Theodori Mopsuesteni vita et scriptis." Halis 1833. „Fragmenta in Nov. Test. commentariorum quae reperiri potuerunt." Turici 1847. „Theodori de incarnatione filii Dei librorum XV fragmenta." Turici 1847 (Index lectionum) Hanc dissertationem tertiam, quum in bibliothecis Anglicis non invenirem, quaerenti mihi auctor ultro obtulit, cujus rei gratias quam maximas ei ago. Omnia fragmenta, quae Fritzschii diligentia eruerat, J. P. Migne in „Patrologiae Cursum Completum" (series graeca, tom. 66) recepit.

** „Theodori Episcopi Mopsuestiae commentarii nuper detecti de ep. ad Philippenses scripti capita duo." Halis 1855. „Epistolae Philippensis capp. III. IV. Colossensis I." Halis 1856.

*** „On an ancient Latin version of Theodore of Mopsuestia's lost commentary on ten „of St. Paul's Epistles"; in „The Journal of classical and Sacred Philology," vol. IV. p. 302. Cambridge 1859.

Digitized by Google

(† 1318 A. D.) ea omnia praesto habuisse verisimile est. Neq tamen furor Monophysitarum, quo morbum illum Nestorianu ejusque auctorem, Theodorum, quem ipso Nestorio pejore habebant, prosequebantur — atque a Monophysitis solis ope Syriaca in bibliothecis nostris deposita accepimus — qui quam librorum ejus intactum reliquisse videtur nisi fragmen haec sane paucissima, quae inscitiae monachorum debemus, quae nunc primus in lucem profero.

Omnia hace fragmenta ex exemplaribus Musei Britann Nitriacis desumta sunt. Atque Theodori ea esse, quum nomi ejus nulla fiat mentio, doctissimus et amicissimus W. Wrig primus eruit et probavit. Idem hic consilium vertendi edendi haec fragmenta ipse ceperat, mihi autem quum te pore veris anni 1868 Londini um venissem, hoc opus sua q erga me est benevolentia cessit. Exemplaria, in quibus ha fragmenta invenis, haec sunt:

Add. 17217 Fol. 20—32 script. saec. IX. charact. Estrang partim folia dissoluta partim connexa; ex introductio in Genesim et comment. in Gen. capp. I. II.

Add. 14668 Fol. 32—36 saec. VI. charact. Estrangel.; commentario in Hosea Joel Amos. Haec graece extan

Add. 14669 Fol. 1—18 script. manu Edessena charact. Estrang saec. V; omnia folia dissoluta exceptis foliis XII. et XII

Hymnum matutinum* pagg. 58. 59, quanquam Theod reum omnino non habeo, propterea addendum duxi, quod pervetustis Psalmorum exemplaribus Nestorianis inter e Hymnos, qui Psalmis addi solent, sub Theodori nomine circun fertur. Sumtus est ex his codicibus:

Add. 14675 Fol. 155b—156b (C.) XIII. saec.
Add. 14677 Fol. 146a+b fragmentum (B.) XIII. saec.
Add. 17219 Fol. 150a—151a (A.) XIII. saec.

Locos ex operibus Theodori ab aliis laudatos pag 60—62 ex his codicibus sumsi:

* Cfr. Assemani, Bibliotheca orientalis tom. 1 p. 59/60.

Digitized by Google

Fragm. 1) Add. 14538 ܟܬܒܐ ܕܬܚ̈ܘܝܬܐ i. e. catena Patrum.
Fol. 100b. X. saec.
Add. 12155 it. catena Patrum. Fol. 111b. VIII. saec.
Fr. 2) Add. 12157 Severus contra Johannem Grammaticum.
Fol. 82b. VII. saec.
Add. 17210 idem opus. Fol. 2a. IX. saec.
Fr. 3) Add. 12157 Fol. 95b Col. 2.
Add. 17210 Fol. 23b Col. 1.
Fr. 4) Add. 12157 Fol. 129b Col. 2.
Fr. 5) Add. 12157 Fol. 140a Col. 2.
Fr. 6) Add. 12157 Fol. 141a Col. 2.
Fr. 7) Add. 17214 catena Patrum. Fol. 35b Col. 1. VII. cent.
Fr. 8) Add. 14682 Commentarius in Evangelium Johannis auctore Lazaro a Beth-Kandasā, script. cent. XI ab Ḥāreth b. Sîsîn. Fol. 15a Col. 2.
Fr. 9) Add. 14682 Fol. 19a Col. 1.

Jam porro hisce fragmentis ea, quae P. de Lagarde in „Analectis Syriacis“ (Lipsiae 1858) pagg. 100—108 ex „libro documentorum“ a Timotheo Aeluro, Patriarcha Alexandrino (+477 A. D.) (Add. 12156 scr. ante A. D. 562) composito non sine venia editoris in latinum sermonem versa adnectenda esse censui. Quorum nonnulla vel eadem sunt atque partes eorum, quae ego in connexu edidi, vel quae Graece extant. De quibus videas versionem pagg. 67. 68. 69. Atque haec quidem fragmenta apud Timotheum servata, quanquam non nisi aliquantulum ab his a me editis differunt, diversam tamen ab hac translationem exhibent. Dignum videtur quod commemoretur, parenthesim illam (in translat. pag. 43 lin. 17), quae interpolationem sapit, quae in meo textu deest, apud Timotheum atque in textu Graeco inveniri. Divisio ambarum versionum eadem esse videtur; ea tamen, quae in pagg. 43. 44. transtuli (Lagarde, Analecta p. 104, 27—105) Timotheus se ex „sectione LXIII.“ sumsisse dicit, quae in textu meo finis „sectionis LXII.“ (ultimae capitis octavi sectionis) sunt.

Hanc versionem vetustissimam esse codices quidem probant, neque vero ullam ansam praebent conjicienti, quis

Digitized by Google

eam confecerit. At hoc certe statuerim eum quum linguarum et graecae et syriacae tum materiae theologicae peritissimum fuisse. Quamobrem veri non absimile habeo hanc versionem Ibae ejusque sociis Prūbā Kūmī Ma'nae luminibus scholae Edessenae, qui non multum post mortem Theodori († 428) floruerunt, attribuendam esse. Ibas episcopatu Edesseno per annos 435—457 A. D. (exceptis duobus annis inter concilia Ephesinum et Chalcedonense) functus est, atque fieri potest, ut fragmenta librorum „de incarnatione" jam hoc tempore vivo Ibā scripta sint*. Quis illa apud Timotheum fragmenta verterit, non habeo quo dijudicem.

Folia, quae fragmenta commentarii in Genesim continent, a W. Wright in ordinem redacta sunt, quem ego retinui. In disponendis contra foliis fragmenta libri „de incarnatione" exhibentibus meam ipsius viam secutus sum partim notarum in ipsis fragmentis occurrentium rationem habens partim ea, quorum materia cognata est, connectens.

Ex unico codice in multis locis obliterato inquinato dilacerato textum edere est laboriosum multi sudoris opus in agro declivi. Atque denuo et denuo relegendo ex lineamentis propemodum invisibilibus verba et sententias collegi et in hoc negotio eo usque mihi processisse videor, quousque oculi integri et mediocris Musei Britannici lux permiserunt. Lacunas parvas ut caute complerem enisus sum, atque si hoc mihi non cessit, indicavi quot literarum spatium codex offert hoc signo [2.] v. [3. 4.] Mutationes textus legibilis sane paucissimas, quas necessarias duxi vel in notis sub textum vel in translatione circinis inclusas indicavi. Neque tamen mutavi nisi ultima adactus necessitate, quum in tam veneranda codicum antiquitate conjecturae editoris primi locus non sit.

In vertendo vestigia Syri quam diligentissime insecutus sum. Ea quae graece extant, ex Mignii Patrologiae Cursu Completo typis exscribenda curavi. Si quis queritur versionem meam latinam obscuriorem esse, ei in mentem revoco et fontem Syriacum et ipsum textum graecum haud primo obtutui ce-

* Cfr. Assemani, Bibl. or. tom. 3, 1 pag. 35; 378.

Digitized by Google

dere. Ego equidem censuerim sermonem Theodori intricatum non esse funditus percepturum nisi qui quaestionibus, quae tunc temporis volutabantur, sententiis Arii Eunomii Apollinaris aliorum, contra quos Mopsuestenus ille contendit, operam navaverit. Non meum est dijudicare quanti haec fragmenta rei dogmaticae historiaeque ecclesiasticae studiosis aestimanda sint, attamen putaverim ea novam aliquam materiam et de opinionibus Theodori ejusque aevi et ad dijudicandum opiniones jam pridem notas offerre.

Jam restat officium jucundissimum, ut Altissimo Praesidio patriae Slesvico-Holsaticae Kiloniensi gratias quam maximas agam, quod jussu Regii Borussici Ministerii Eruditionis Publicae et Rerum Medicarum tanta cum liberalitate studia mea adjuvit, ut ejus munificentia fretus Angliam petere atque huic operi aliisque literarum Syriacarum studiis tempus et operam impendere possem.

Theodorum proxime sequentur reliquiarum auctorum graecorum classicorum, quotquot in codicibus Nitriacis servatae sunt, textus Syriacus atque versio Latina. Rhetoris Antonii Tagritensis omnia quae reperiri potuerunt opera, quae lexico Syriaco summi momenti sunt, editioni paravi atque typis exscribenda curabo, ubi invenerim qui sumptus tolerabit.

Typographus W. Drugulin qui hujus libri causa typos Estrangelicos nitidissimos paravit, Theodorum eo quod decet indumento induit.

Eduard Sachau.

Oxonii 20. Maji 1869.

Digitized by Google

I. Fragmenta commentarii in Genesim.

A. Ex introductionis libris primo et secundo.

Creavit autem quae iis altiora sunt, arbores et semina, Fol. 20a.
quibus dedit vitam naturalem, qua et crescunt et augentur et fructus ferunt. Tum creavit quae his altiora sunt, animalia, quae similem vitam participant, ita ut sua sponte sese movere et ex loco in locum migrare possint, quum actionem mirabilem habeant; attamen omnino sine lingua (sunt), ut etiam bona, quae possident, ignorant. Altiores autem quam haec omnia creavit rationabiles, qui etiam vitae novae et immortalis participes sunt et linguae, qua Deum, qui creaturarum causa est, indicant; et etiam bona sua cognoscere possunt. Neque enim naturae rationabiles et invisibiles, quae vitam immortalem acceperunt, bona sua cognoscere potuissent, nisi comparatione cum aliis rebus (instituta) hoc cognossent. Nam solummodo opinarentur se ita esse, ut sunt, si non aliud esset, quo comparato bona sua cognituri erant. Quum enim viderent, alia entium factorum sine sensu vitaque esse, alia dum vitam in crescendo (apparentem) habent sine sensu esse, tum alia, quae sensum et vitam participant, (at) procul esse a lingua et vita immortali — his rebus comparatis sua bona intelligebant, quam naturam a Deo acceperint, se non modo in existentiam venisse, sed etiam cum tali natura factos esse, quomodo in multis rebus similitudinem habeant, qualis invenitur apud Deum, quum perspicuum sit discrimen unius rei ab altera, Deum esse ab aeterno, quum neque ipse neque omnia,

Digitized by Google

quae ei ex aeterno propria sunt, ab alio quodam existentiam acceperint.

Creatura ex se ipsa nihil habet, sed postquam ab aeterno in existentiam, quum (antea) non esset, venit omnia quae habet, ab eo accepit ita ut placuit Deo, qui ei existentiam dedit, quum optime sciat, quid juvet eos, qui existentiam acceperunt — hoc est ut possideant omnia quae rationabiles possident, dum cognoscunt eum, qui causa omnium eorum bonorum est — eum qui etiam creator totius creationis est. Ob hanc igitur causam etiam varietatem multam creavit in omnibus, quae facta sunt — et haec tota (varietas tanta) est, ut verbo circumscribi non possit. Perspicuum enim est naturale discrimen coeli terrae aquae aëris ignis plantarum
Fol. 20b. animalium ctr. Notum etiam est harum rerum discrimen, quod (situm est) in earum formis, multitudine, aliis rebus, quae non facilia enarratu sunt. Nota est etiam contrarietas in singularibus iis quae facta sunt, et prae ceteris, quae omnia nunc non referemus, illud quod est in aqua terra igne aëre, quod terra dissolvitur ab aqua, quod aqua, si natura ejus a terra absorbetur, evanescit, quod aqua ignem exstinguit, quod ignis si effervescit naturam viriditatis diminuit. Per quae omnia naturae rationabiles potentiam et sapientiam creatoris cognoscere poterant et maxime quum viderent Deum rebus contrariis universum et constituere et custodire. Hic enim mundus visibilis aëre terra aqua igne constituitur, dum oculo uniuscujusque mutua rerum contrarietas perspecta est.

Ita quoque rebus creatis talem ordinem fecit, quo creatorem suum cognituri erant. Non enim creavit eos (ita ut essent) soli pro se, ne omnino scientia destituti essent Deum non videntes atque quum non esset, per quod eos decebat creatorem invisibilem cognoscere — sed creavit eos simul cum rebus visibilibus, quum statim creationem sine ornatu crearet, ornaret autem eam postea pedetentim et antea creatione lucis dissolvit caliginem tenebrarum; postea fecit hoc coelum visibile, multitudinem aquae supra tergum ejus ponens: tum autem colligens aquam terram revelavit, tum plantas et semina fecit atque postquam creavit animalia, postremum omnium creavit hominem, — ut his omnibus, quum in con-

spectu exercituum invisibilium et rationabilium, quos imprimis decebat accipere cognitionem et doctrinam ejus, ornatum rerum faceret, eos informaret de creatione sua (*accuratius*: de sua creatoris qualitate), ut videntes creationem rerum postea creatarum et ornatum totius mundi intelligerent creatorem suum non alium esse atque creatorem rerum visibilium, sed esse eum, qui simul cum his existentiam iis dedit, quod ipsi suis oculis viderant, dum creabat verbo suo.

Idcirco enim Beatus Moses non usus est illo „Deus dixit“ de iis, quae prima omnium creata sunt, sed (dixit) simpliciter: „in initio fecit Deus coelum et terram,“ quoniam sola ejus Fol. 21 a. voluntas ea creabat, dum verbo non utebatur, quia ipse non talis erat, quem quidquam verbo suo discere decebat. De ceteris autem dixit, verbum creationem eorum antecessisse. Quum enim adessent, quos creatorem suum naturâ velatum verbo cognoscere decebat, tum verbum antecessit secundum voluntatem ejus actione verbum sequente. Haec autem erat eruditio naturarum rationabilium et invisibilium de eo, qui edicto suo creaturam creavit. Non igitur de iis, quae prima creata sunt, verbo usus est. Neque cessit a „dicendo“ in rebus postremo creatis, quia hic necessarie requirebatur (verbum), quum esset eruditio discentibus; illic autem nemo erat, quem discere decebat. Et hoc indicat Deus Jobo dicens:* „quum sidera creabam, omnes angeli mei alta voce laetati sunt et me laudarunt.“ Et certum est eos id, quod in creatione siderum fecerunt, in aliis quoque rebus, quae factae sunt, finivisse, quum in creatione uniuscujusque rei stupefacti essent, quod cum verbo creabantur naturae, quae antea non fuerant, et quod haec omnia ex nihilo creabantur, alia vero secundum voluntatem Dei e rebus creatis nascebantur. (Haec fecit) ut naturas rationabiles et invisibiles accurate informaret, se non modo ex rebus quae erant talia, quae (ante) non fuerant, fecisse, sed etiam se ex iis, quae omnino non erant, creare posse quandocunque vellet non egens aliqua re, ex qua cum ea quae sunt creare decebat, ut etiam eas primum cum rebus visibilibus creavit. Duas creaturas reliquit alteram visibilem, alteram invisibilem, quas non simul cum rebus primis fecit,

* Job. 38, 7.

sed in fine ex nihilo in existentiam duxit. Haec autem natur visibilis est lux, invisibilis autem natura animae nostrae, u ex his facultatem creatoris cognoscant, qui quemcunqu vult a non-existentia in existentiam ducit et e non-ent ens creat et in existentiam ducit, quandocunque vult. Is qu eos ita fecit, animas nostras quoque, quae naturâ iis cognata sunt, fecit ut volebat. Et quum res visibiles cum iis crearet lucem quoque simul cum iis creavit, quae ad ornatum rerur factarum pertinet et ex numero earum rerum est, quas in fin in existentiam duxit. Hisce rebus e rebus factis dedit existen
Fol. 21 b. tiam, dum antea non erant, ut plantas, semina, animali quadrupedia, reptilia terrae, pisces maris, aves informaret se esse causam omnium rerum, eum qui quae non eran creavit. Et in fine ambas ornavit ex potentia et facultate su quum fieri non posset, ut alius creaturam crearet, aliu ornaret addendo eas res, quae ab initio non erant. Na omnibus his rebus naturis rationabilibus et invisibilibus sati indicavit de cognitione sua (ita ut eum cognoscere possint Hoc quoque Beatus Moses, quum narratione sua nos edocer vellet, dixit: „In initio fecit Deus coelum et terram“ quu non haec sola in initio creata esse dicat, sed simul rel quas res indicet, quae quum intra alias essent simul cu iis nascebantur. Et ob hanc rem de iis, quae postea fact sunt, narrat, quomodo sensim paullatimque constituta sin et quae statim una cum coelo terraque nata sint, quae poste Et sensim de his omnibus retulit, ut etiam in narratione su ostendit. Haec vero, quae simul cum iis creata sunt, silenti solum indicat, quum res interiores ante exteriores esse no possint neque quae includuntur ante ea quae includunt. Id circo creationem aëris aquae collium montium ignis qui i terra est non memoravit, sed ea, quum silentio indicarentu omisit, quoniam una cum iis, quae exteriora et continenti illa facta sunt, certo cognoscenda sunt. De iis autem, qua postea creata sunt, narratione accurata docuit, ut ex relation earum rerum, quae postea natae sunt, accurate intelligamus quae, quum cum silentio fecerit, ob hanc causam omiserit quia una cum coelo et terra creata sunt, quum haec sin exteriora et continentia universum. Perspicuum igitur est

eum omisisse, ut naturas rationabiles et invisibiles singillatim memoraret, quum silentium satis indicet earum creationem, qualis una cum rebus visibilibus silentio cognoscitur.

Quod etiam creatione hominis s. narratione de eo, quem fecit marem et feminam, nos imprimis edocuit. Composuit enim eum ex anima invisibili rationabili immortali et corpore visibili mortali. Illi est similitudo cum naturis invisibilibus, Fol. 22a. hoc cognatum visibilibus. Nam quum Deus vellet totam creationem colligere in unum quoddam ita ut quanquam e diversis naturis constituta uno vinculo contineatur, hoc animans creavit, quod natura sua cum tota creatione cognatum est, sc. hominem fecit, duas naturas non simul creans, sed primum formans corpus visibile; animam autem invisibilem corpore creato inspirans. In Evae autem creatione duas naturas simul creavit; nam partem e corpore Adami sumens, ex hac feminam formavit, una cum creatione corporis etiam animam inspirans. De Adamo igitur, quum Deus duas naturas non simul crearet, Beatus Moses in narratione sua hunc ordinem observavit, ut primo dicat, quae in initio creata sint, secundo loco ea, quae postea. In Eva autem, quum duae naturae simul existerent, creationem animae non memoravit. Solam enim rei visibilis constitutionem exposuit, quum perspectum haberet silentio satis indicari ea, quae simul cum illo facta et in eo sunt et continentur in eo tanquam termino, quem creator ei statuit.

In his rebus autem secutus est eundem ordinem, quem de tota creatione observavit; nam ante coelum et terram nihil creati erat; sola natura divina erat, quae causa rerum factarum est. Et natura divina aeterna est, quae non a quoquam existentiam accepit.

Creavit autem creaturam, quum volebat, et constituit eam non diversis temporibus, sed uno tempore, in quo, postquam incepit a coelo terraque creare mundum, etiam requievit finita tota creatione secundum facultatem atque scientiam ejus. Fecit autem ordinem creaturis et constitutioni rerum, quae naturam induerunt, quemcunque voluit.

Quoniam ergo haec hoc modo creata sunt, incepit narrare de creatione earum rerum, quae e coelo terraque exstiterunt,

ante quae nihil creati erat. Haec autem memoravit, quia exteriora sunt et totam creationem in se continent, quum sciret nihil nati esse ante haec. Et ut ante ea nihil creati fuit, ita quoque extra ea nihil nati fuit. Sed quum ea, quae creata sunt, partim cum terra et coelo facta sint, partim
Fol. 22b. postea ornatui omnium rerum in fine secundum voluntatem creatoris facta sint, necessarie ea quae simul cum coelo et terra creata sunt silentio indicavit memoratis iis quae exteriora sunt, hoc est: coelo et terra, simul cum iis indicans ea, quae in iis erant et iis continebantur, quum interiora ante exteriora existere non possent neque quae circumscripta sunt ante ea, quae includunt et in medio continent. Quomodo etiam in constitutione Evae corpus visibile memoravit, animam vero silentio indicavit, quum intra id et inclusa in eo et cum eo facta esset. De omnibus autem rebus, quae post coelum et terram exstiterunt, composite narrat, quo ordine creata sint, ita ut in constitutione Adami, quum anima et corpus non simul existerent; primum formationem corporis, tum creationem animae in historia creationis enarrat, quum ei pulchrum visum sit ordinem in creatione eorum servare.

Haec ergo omnia, quae dicta sunt, etsi multis dicta esse videntur, credo tamen necessarie dicta esse, ¦quum nobis, qui librum creationis interpretaturi sumus, opus esse visum est, ut nihil detraheremus de iis, quae necessarie dici debent, sive ad refutanda ea, quae a quibusdam inepte dicta sunt, sive (pertinent) ad doctrinam rerum, quae in creatione factae sunt, de quibus Moses scripsit in libro suo.

Superfluum autem mihi videtur esse historias paganorum in medium afferre, quum hoc nihil prosit doctrina proposita, quum sint in errore vario et intricato, qui nullum habet fundamentum, nullam subsistentiam veram. Id autem solum, quod in eos incurrit et fortuito obviam venit et quod finxerunt, ausi sunt proferre, quomodocunque erat; et libris (ܘܒܟܬ̈ܒܐ) posterioribus tradiderunt, dum in veritate secundum verbum Scripturae* „in animo scortationis errarunt et Deum creatorem creationis reliquerunt". Quapropter neque ea, quae ab eo facta sunt, quomodo creata sint, cognoscere

* Hosea 4, 12.

potuerunt, neque quoad formam, qua mundum indutum esse fingunt dicentes coelum circumagi ut globum, terram autem in puncto circini esse, quum forma geometriae s. mensurationis terrae mensurent (*lacuna*). Non in animo est nunc disserere adversus principes hujus stultitiae, quum Fol. 23 a. multis verbis refutatio de iis egeat, si quis accurate in eos inquirere vult, quum nobis hoc tempus non sufficiat ad vituperationem eorum. Schema enim, quod cauponam cogitationum eorum decet, de coelo invenerunt. Et ut hi neque laudem neque gratias veras neque unum veritatis fundamentum in animo habent, ita quoque de coelo excogitaverunt, nempe id non stare certo loco, sed semper circumire, quum ei motus perpetuus et circumitio sempiterna sit — quae in veritate decent stultitiam inventorum eorum, qui huc illuc in fictione animi sui circumcursitant, quum semper quaestione simili his exagitentur, quum usque ad hunc diem veritatem non assecuti sint. Quum neque secum neque invicem consentiant in doctrina harum rerum, iis accidit quod ebriis accidere solet, quum putant coelum semper circumire — ii qui nausea, qua affecti sunt, putant terram, in qua stant, esse similem ei, qui motitatur et titubat.

Si igitur coelum est, decet stare, non moveri secundum terminum, qui ei constitutus est a creatore, qui ob hanc causam coelo terraeque infixam stationem et fundamentum firmum posuit, quum exteriora sint et universum includant (quasi) custodia sufficiens iis, quae in iis inclusa sunt. Secundum terminum, qui iis a Deo positus est, moveri possunt, dum sunt intra (terminum); extra autem terminum, qui iis positus est, moveri non possunt.

Jam vero putare haec esse aeterna neque ab alio existentiam accepisse id, quod fingunt in forma globi esse, (signum) esset multae stultitiae, quum aeternum neque corpus neque schema habeat neque compositum sit neque terminatum. Forma autem globi non accedit ad hanc naturam, sed corpus est, certo etiam composita est et forma ei est et terminata est secundum legem corporum.

Haec ergo omnia cum reliquis, quae iis cognata sunt, quae cogitant, (signa) sunt stultitiae eorum, qui in animo

malo omni tempore errant, quum non sit stabilimentum erroris eorum, quia fieri non potest, ut errori eorum, qui creatorem universi non cognoverunt neque doctrinam de creatione inde (i. e. *a Deo*) acceperunt, stabilimentum aliquod inveniatur. Hi quantumvis gloriantur inventionibus suis, quod ex circumitione coeli et ex hac sphaera nova composuerunt scientiam astronomiae, quae apud eos admirationem habet, non possum
Fol. 23b. quin rideam de stultitia eorum, quum eos similes esse censeam iis, qui in somniis (aberrant), qui quando in lectulis suis recubant, neque illo tempore sentiunt ubi sint, sibi videntur volare et in altum ascendere. Ita quoque illi, qui ea quae ante pedes sunt, non investigant neque suas res pulchre gubernare possunt, de globo ut (*lacuna*) nominatur balatus oris eorum, quum putent errorem suum sibi sufficere ad inveniendum omnia quae exstiterunt, narrantes nobis etiam de compositione stellarum, a qua inventio astrologiae initium cepit, quum nihil aliud sit quam quod stulti sunt, nos de his rebus informant(!). Nam si propter (secundum) stellarum compositionem, ut oratio eorum dicit, nos sumus incesti et casti, ebrii et jejunantes, justi et injusti — ut paucis dicam, boni et mali, qua tandem re perspicitur nos esse superiores animalibus? quum bonum a malo discernere non possimus neque malum odio persequamur, neque bonum amemus, sed necessitate acti secundum compositionem stellarum ad bonum et malum trahamur, ut illi dicunt et narratio eorum docet.

Explicit caput introductionis primum.

Caput secundum.

Jam vero decet nos discedere ab inanitate verborum talium et quum institutio Spiritus Sancti in medio proposita sit, animum nostrum inventionibus spiritus mali non ingravabimus. Quum autem interpretaturi simus librum creationis, quem B. Moses nobis scripsit non secundum voluntatem cogitationum suarum, sed tanquam aliquid quod a Spiritu S. didicit de iis rebus, quae usque ad id tempus hominibus

nondum notae erant — ante interpretationem capitum ad refutanda ea quae a singulis non pulchre cogitata sunt et ad perfecte docendum argumentum libri divini, sufficienter in supra scriptis breviter tractasse mihi videor. Accedamus igitur ope Dei ad interpretationem capitum. Opinamur enim ea quae supra diximus, multo usui esse ad explanandas eas res, quae dicentur. Narrat enim B. Moses in hoc creationis libro non solum creationem harum rerum, quae factae sunt, sed etiam de his omnibus, quae Deus ab Adamo incipiens in gubernatione sua hominibus sensim faciebat usque ad adventum B. Jacobi ejusque filiorum in Aegyptum et postquam hoc facto mortem Jacobi et Josephi memoravit, totum librum finivit.

B. Ipsius commentarii fragmenta varia.

Ad Gen. 2, 15 pertinere videtur.

Fragmentum. Quum amorem nostrum erga Deum patefacimus, perspicuum est nos ad leges ejus inclinare, dum visibilia evitamus. Attamen voluntatem nostram pravam ostendimus, si leges ejus contemnimus et ad visibilia et illecebras corporis nos vertimus. Quoniam igitur tales nos Deus creavit et quoniam ei curae est, ut ejus leges sequamur et animam nostram in cognitione religionis erudiamus, ab Adamo incipit, quum ab eo tanquam primo cognitio generis humani apte initium ducat — et statim postquam creatus est, Deus leges ei dedit, per quas cognoscere debebat eum, qui ejus dominus et creator universi est, et ut ostenderet facultatem rationis suae distinctivam ad vituperationem (*lacuna*) ejus et odii ejus adversus Deum. Quod ergo Deus ei jussit*, ut eum (Paradisum) curaret et custodiret, sine dubio non dixit tanquam si utile sit ad custodiendum eum; sed quum sufficeret ad indicandam ejus potestatem, legem dedit. Fol. 24 a.

Hujus simile fragmentum quum tam laceratum atque inquinatum sit, ut vix paucissimi versus restitui possint, omittendum censui. Fol. 24 b.

* Gen. 2, 15.

Fol. 25a. Quo omnia a servitute mali literabuntur, quum mortem corruptionem passiones dissolvat, quum perdatur peccatum et daemonum potestas solvatur, quum abscindantur omnia, ut brevibus dicam, quae nunc nos contristant. Regnat enim super omnia gaudia et bona cum immortalitate et declinatione libertateque a peccato. Nam haec omnia in mente Dei, creatoris et domini nostrum omnium ab initio definita et constituta erant et creavit creationem quando voluit, et collocavit in ea ordinem gubernationis, quem ab aeterno approbatum habuit et adduxit in actionem, ubi ei iterum bonum esse visum est. Quum enim non solum ea, quae creaturus erat, cognita haberet, sed etiam ea, quae ex omnibus creaturis sive hominibus sive naturis invisibilibus in existentiam venturi erant, necessarie ab initio ei definienti et paranti tota eorum constitutio in mente (praesto) erat — ei qui creationi talia, quae universum promovent, in fine facturus erat, is qui modo ita, modo aliter egit. Et postea postremo et in fine omnia ornabat multa varietate, quum in partibus multis et speciebus multis secundum verbum B. Pauli (*Petri*? Acta 3, 18. 21) per prophetas cum hominibus locutus sit eo usque ut eos de novo innovaret, quod gubernatione Dni. nostri Christi indicavit. Et adducturus est ad eum finem, qui ab aeterno — ut multocies dixi — et ante fundationes creationis ei in mente positus erat. Et adduxit ad finem revelatione Dni. nostri Christi a coelo. Et futura erat toti universo correctio et renovatio de novo et mutatio pulchra. Testatur B. Paulus tum dicens: „in Christo creatio est nova, vetera transierunt et ecce, totum renovatum est“ tum dicens* „vanitati enim creatura subjecta est, non volens sed propter eum, qui subjecit, in spem quia et ipsa natura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei“. Et addit iis „scimus enim quod omnis natura ingemiscit et parturit usque ad hoc; non solum autem illa, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum expectantes redemptionem corporis nostri.“

* Rom. 8, 20. 21.

Et una cum creatura etiam nos quondam gemebamus, quum gravia essent super nos mala, in quibus haerebamus et nunc postquam accepimus consilium de rebus futuris (*sequentia quum manca sint, non verto*) — optantes et expectantes ut liberentur ab his rebus. Fol. 25 b.

Hisce ergo omnibus satis demonstravit universae creationi esse bona constitutionis futurae, quam Dominus gubernatione in Christo (patefacta) nos edocuit esse tanquam principium a se (prodiens), per quam (gubernationem — ܕܒܪܗ) in initio multa cum praestantia fecit (ܥܒܕ) id quod postea erga totam creationem finiturus erat. Quae quidem non in fine Deus decrevit, sed ab aeternitate in mente ejus posita erant et parata, ut in existentiam venirent. Demonstrationem lucidam dedit nobis B. Paulus dicens* „sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non hujus saeculi neque principum hujus saeculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, quam praedestinavit Deus ante saecula in gloriam nostram, quam nemo principum hujus saeculi cognovit: si enim cognovissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Sed sicut scriptum est „quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus his qui diligunt illum“; et alio loco:** „Ei autem qui potens est vos confirmare juxta evangelium meum et praedicationem Jesu Christi, secundum revelationem mysterii temporibus aeternis taciti, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundum praeceptum aeterni Dei ad obeditionem fidei in omnibus gentibus, cognito solo sapienti Deo, per Jesum Christum cui honor in saecula saeculorum“. Duobus enim his testimoniis demonstravit Deum ab initio et ante omnes generationes decrevisse ut haec faceret et hoc in eo occultum et velatum fuisse, in fine autem manifestatum atque indicatum esse. (*Desunt versus quinque.*)

Et si nolumus, non utimur. Et haec ambo nos omnes Fol. 26 a.
possidemus, ut faciamus si volumus et si nolumus, non faciamus. Eligimus autem, quod nobis placet (*lacuna*).

* 1 Cor. 2, 6—9. — ** Rom. 16, 25—27.

Neque quisquam eorum, qui librorum divinorum gnari sunt, negat hoc ordine Deum eas (*sc. naturas invisibiles et rationabiles*) admonuisse. Perspicuum autem est eas susceptibiles declinationis esse — quoniam multitudo daemonum innumerabilis est, ut (ܐܝܟܢܐ) etiam in quodam homine hi omnes inerant, ita ut multitudo incolarum eorum legio appellaretur secundum verbum Evangelistae*. Verum etiam suo arbitrio virtutem eligunt, dum ad mala aberrare possunt, si volunt. Et leges habent, secundum quas sese gerere debent, quibus observatis voluntatem suam bonam erga Deum ostendunt; si vero eas transgrediuntur, reprehenditur impietas eorum. Et iis dum manent in rebus justis, laudatio a Deo et praemium bonorum futurorum dabitur; attamen judicio tradentur, si ad malum inclinant.

Haec autem omnia aliquis e libro divino discere potest lucida ratione. Nam quod B. Paulus dicit:** „licet nos aut angelus de coelo vobis annuntiaret praeter id quod accepistis — anathema sit“ aperte indicat eos ut nos ad malum inclinare posse si volunt et judicium simile nostro iis servatum esse, si ad malum inclinant. Neque enim Dnus. noster dixisset:*** „discedite a me in tenebras exteriores quae paratae sunt diabolo ejusque angelis“, si non dixisset homines, quia cum daemonibus participes mali sunt, judicium quoque simili ratione atque illos accepturos esse. Ut enim de bonis hominibus dixit:† „similes sunt angelis“ et sunt filii Dei, quum filii (*participes*) resurrectionis sint. Non enim dixisset angelorum similes esse justos qui resurgunt, si non primum dignus fuisset cursus vitae eorum secundum voluntatem eorum et dignus esset labor eorum. (*Desunt versus quatuor.*)

Fol. 26 b. lin. 8. Omnia summa cum diligentia faciunt pro salvatione nostra secundum edicta, quae inde (*h. e. a Deo*) data sunt, ut etiam B. Paulus dicit:†† „omnes spiritus Dei ministri sunt et mittuntur eorum caussa, qui vitam possessuri sunt“. Et indicat omnibus naturis rationabilibus et invisibi-

* Luc. 8, 30. — ** Gal. 1, 8. — *** Matth. 25, 41. — † Marc. 12, 25. — †† Hebr. 1, 14.

libus, quae apud Deum fideliter manserunt, laborem perpetuum et assiduum esse, ut omni tempore edictis divinis serviant — iis quae liberationis nostrae causa data sunt. Quamobrem etiam B. Matthaeus de iis dicit:* „accesserunt et servierunt Domino nostro post victoriam contra diabolum. Servitium enim, quod erga eum propter liberationem omnium hominum patrabant, Dei placita perficientes, servitium (*lacuna*). De Spiritu autem Sancto dixit:** „eduxit eum in desertum;“ de iis autem***, „ei serviebant“, quum (Christus) dominio et potestate sua, qnae ei placebant, perficeret; illi autem pulchro modo secundum praecepta divina servitio erga eum fungebantur. Neque vero solum ex legibus discebant, quae facienda essent, sed etiam institutionem de omni re a Deo (accipiebant).

Ad Gen. 1, 26.

In fine autem quum in eo esset ut in coelum ascenderet, haec iis tradidit, ut ipsi scirent et omnes homines docerent. Confidenter igitur contendo etiam naturas rationabiles et invisibiles in initio per allegoriam hanc scientiam acquisivisse — per verbum, quod a Deo dictum erat. Institutio autem accurata tunc iis data est, quum Dnus. noster Christus Apostolis eam traderet. Nam si verum est, quod B. Paulus dixit:† „ut innotescat principibus et potestatibus in coelo per ecclesiam multiformis Dei sapientia, secundum praefinitionem saeculorum quam fecit in Christo Jesu domino nostro“, certo multae stultitiae est contendere sapientiam Dei, quae ad subsistentiam ecclesiae in liberatione Dni. nostri Christi revelata est, nunc a naturis invisibilibus non cognitam esse; contendere accuratam institutionem naturae divinae, id quod in patre, filio, spiritu sancto cognoscitur, id quod secundum traditionem Dni. nostri subsistentia ecclesiae per eam perpetrata est, non ab initio iis notam fuisse. Nam perspicuum est, quum subsistentia ecclesiae hac traditione perfecta sit, tum acribiam traditionis notam esse, quando etiam ecclesiae subsistentiam et accuratam sapientiae Dei cognitionem per Fol. 27 a.

* Matth. 4, 11. — ** ib. 4, 1. — *** ib. 4, 11. — † Ephes. 3, 10.

ea, quae erga nos facta sunt, acceperunt. Causam, cur hic tan quam in allegoria posuerit verbum illud „κατά“* (ﺍﻟﺮ), quo unum factorem designat, diligenti contemplatione institut inventies.

Addidit etiam „ad imaginem nostram“; non dixit „a imaginem meam“, sed „ad imaginem nostram“, ut magis con firmaret indicationem, quae in illo „faciamus“ (inest), quo ex verbis scripturae est „et dixit Deus“**. Et ex appellation „imaginis“ (*lac.*) intelligitur naturam divinam esse unam Ex eo autem, quod indicatur illo „ad similitudinem nostram“ accipimus significationem numeri personarum earum, in qui bus natura divina cognoscitur (*lin. antepenult*).

Fol. 27 b. lin. 2. (Creatio) nova, quae multo praestantior est quam prior Et ita a priore opinionem nostram de creatore altero deri vamus. Si vero non (?) ita est et si crimen est ita cogi tare ac dicere, patet nos persuasum habere quondam no creatos esse in ejusdem nomine, in quo renovationem accipi mus, in quo ei secundum potestatem et sapientiam eju placuit ut primum crearemur. Postea autem ad praestan tiorem procedit, non tanquam si prioris eum poenitere ad alteram nos transferens, sed tanquam is qui ab initi ita praedefinierat, ut primum in illa essemus, tum in ha Ut B. Paulus dixit:*** „quod oculus non vidit neque auri audivit nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deu his qui diligunt illum“. Haec autem de rebus futuris dixi per quas Deus nos creat (creaturus est), quum gubernation in Dno. nostro Christo nobis dederit renovationem, per qua nos ineffabilibus bonis expectatis fruituri sumus. Haec igitu si Deo praefinita erant, secundaria non simul cum primarii dedit; sed causa secundariorum cognoscitur appellatione, i qua nos baptizamur. Nam in nomine patris, filii, spiritu sancti baptizamur, quum ab hoc renovationem perfecta accipiamus. Et patet nos credere illud (*nomen Dei trini* etiam creationis nostrae prioris causam esse. Pulchrum igitu est quod nec de mutis nec de surdis animalibus usus est ill

* Gen. 1, 26. — ** Ibid. — *** 1 Cor. 2, 9.

verbo*, quo praeter unitatem naturae nos ducebat ad alterum personarum numerum, quem causam constitutionis nostrae cognituri eramus; sed solum de hominibus, ut nos verbo edoceremur, verbo Dei — nos ex quibus is, qui causa hujus eruditionis nobis factus est, futurus erat. Nam homo est ille, qui salvationis nostrae causa a natura divina assumptus est, qui renovationi —

Ad Gen. 1, 27 — 2, 1.

Quis sit et unde et quid discriminis cum his reliquis ei sit. Necessarie quum iterationem narrationis suae faciat, dicit:** „et creavit Deus hominem, ad imaginem Dei creavit eum, masculum et feminam fecit eos" dicens ita, ut de aliis rebus fecit, id quod voluit et id quod promiserat facere etiam factum esse et verbum suum evenisse; simul autem indicans iteratione narrationis suae, id quod homo ad imaginem Dei factus est esse praestantiam creationis hominis. Nam ut per haec cetera iteratione narrationis suae praestantiam uniuscujusque eorum significavit, et cujus causa facta sit — ita hoc loco scripsit: „ad effigiem Dei creavit eum", ut indicaret hoc esse insigne in constitutione ejus, quod omnia in eo colliguntur, quod per eum tanquam imaginem ad Deum accedunt, ministerio suo erga hunc (*hominem*) leges quae inde (*h. e. a Deo*) datae sunt perficientes, diligentia erga hunc (prodita) legislatorem reconciliantes. Quum Deus nulla re egeat neque visibilis sit, gloriam quae ei debetur offerunt usu, quem praebent huic, qui eget et cuique visibilis est. Et iterum secundum consuetudinem suam addit quaedam ad iterationem narrationis suae ad accuratam eorum, quae existebant, indicationem, ut fecit de luminibus dicens supra in genere „fecit Deus lumina in firmamento coelo ad illucendum supra terram et dirimendum inter diem et noctem"; in iteratione historiae autem dixit: „et fecit Deus lumina magna, lumen magnum ad gubernationem diei, lumen parvum ad gubernationem noctis, et sidera", ut post haec, quae in mediam historiam introduxit, dilucide nos edoceret, utrum gubernationi Fol. 28a.

* h. e. ad imaginem et similitudinem nostram. — ** Gen. 1, 27.

diei (destinatum) sit an gubernationi noctis. Ita quoque hoc loco de verbo Dei genere scripsit, id facere hominem, tum illud generale quod masculus et femina est. Attamen in iteratione historiae suae, postquam dixit: „fecit Deus hominem ad imaginem Dei“ addit „masculum et feminam eos fecit“, (rem) qua distinguitur natura generalis. De animalibus igitur non dixit: „masculus et femina“, etsi notum sit haec quoque talia facta esse, sed dixit solum „Deus fecit κήτη magna et omnem animam animalium reptantium, quae motitant aquam secundum genus suum et omne volatile alatum secundum genus suum“ et iterum „fecit Deus animalia terrae secundum genera eorum et pecudem secundum genus suum et omnia reptilia terrae secundum genera sua“ nullo loco addens „masculum et feminam“. Hoc autem loco postquam dixit: „fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum“ addit „masculum et feminam fecit eos“ — non temere, sed quia hi simul masculi et feminae facti sunt. Ex quibus (substantiis)
Fol. 28 b. Deus eos facere voluit (*fecit eos*), alteros ex aqua, alteros e terra; neque vero homo tali ratione factus est. Non enim femina ut vir e terra formata est, sed e terra formatus est vir, femina ex parte ejus. Necessarie hoc loco indicavit „masculum et feminam eos fecit“, quum diverso, non eodem modo facti sint, indicans, etsi modus fiendi eorum secundum voluntatem creatoris differat, eos tamen duos esse unum quiddam, unam esse eorum et masculi et feminae naturam, ut etiam (*naturam*) omnium animalium, quae facta sunt in terra. Pulchrum autem est, quod postquam dixit primum „masculum“, tum addidit „feminam“, quum hic sit ordo creationis eorum, quum primum exstiterit masculus, tum femina.

Et porro addit:* „et benedixit eis Deus et dixit eis Deus: crescite et multiplicamini et replete terram et roboramini super eam et dominamini piscibus maris et volatili coeli et omni animanti, quod reptat super terram“. Nam omnibus iis, quae jussu verbi Dei exstiterunt, finem impositum esse iteratione narrationis suae indicat addens (ea) accepisse vires benedictione a Deo (data), ut multiplicentur traditione generis sui. Necessarie enim nos decet ostendere eum, postquam

* Gen. 1, 28.

dixit de creatione avium et eorum quae ex aqua exstiterunt, quam quinto die definivit, addidisse „benedixit iis Deus dicens: crescite et multiplicamini"; attamen de creatione reptilium, animalium quadrupedum, pecudis dicens die sexto non addidit „benedixit iis Deus et dixit: crescite et multiplicamini", quum perspicuum sit etiam horum genera secundum voluntatem Dei multiplicari ut aves et reptilia aquae. Quoad creationem reptilium et animalium quadrupedum, non modo eam die sexto definivit, sed hoc die etiam hominem creavit, quum placeret Deo ut eodem die una cum homine animalia quadrupeda existerent, quum necessarie ejus usui serviant, quum etiam res humanae in hisce necessitatibus sine servitio horum existere non possint. Ob hanc causam cum creatione animalium quadrupedum eam hominis conjunxit, quoniam post ea (creata) eodem die exstitit.

Postquam dixit de creatione hominis, addit: „et benedixit iis Deus et dixit: crescite et multiplicamini," quum benedictione hominis cetera quoque animalia, quae eodem die facta sunt, in genere benedictionem acciperent; propterea quod pariter atque genus hominum benedictione Dei multiplicatur per traditionem, ita etiam genus horum, cujus servitio et usu hoc (genus humanum) necessarie indigebat. Fol. 29a.

Postquam dixit „multiplicamini", addidit „replete terram et tenete eam et dominamini piscibus maris et omni pecudi et omni animali terrae et omni reptili quod reptat super terram." Patet autem, hanc benedictionem aut hanc definitionem, quae per benedictionem hominibus dominatur, necessarie etiam multiplicationem horum (animalium) efficere, quos hic (homo) recturus, quibus dominus facturus erat. Et tum addit Deus* „ecce, dedi vobis omnem herbam, quae seminatur, quae serit semen super faciem universae terrae, et omnem arborem, in qua sunt fructus atque quae semen serit; vobis erit ad vescendum. Et omnem bestiam terrae et omne volatile coeli et omne quod reptat super terram, in quo est anima vivens, omnem virentem herbam ad vescendum", h. e. non modo vos domi-

* Gen. 1, 29.

nos pecudi creavi, sed etiam omnibus terrae fructibus, sive quod per semina sive per arbores dedi, et animalibus, quae sub dominatione vestra posita sunt.

Ad haec addit propheta „et fuit ita“, ut ostenderet id, quod Deus de iis quae exsistebant imperavit, non solum tunc, sed etiam postea finem assecuturum esse. Necessarie igitur etiam decretum, quod a Deo decretum erat de iis, secundum consuetudinem suam iis adjungit dicens „et vidit Deus omnia quae fecerat et ecce, recta valde.“ Nam placuit ei, ut quod in rebus supra enumeratis sensim paullatimque fecerat, hoc nunc etiam de universo statueret post creationem hominis. Propterea neque ita, ut de rebus antecedentibus dixit „καλά“, sed addidit „καλὰ λίαν“, ut demonstraret, quamobrem post omnia hominem fecerit ens praestantissimum et tum omnem creationem secundum voluntatem suam finiverit, formans hunc (hominem), in quo tota (creatio) conjunctionem habitura erat, quum (creatio) per hunc et per ea, quae erga eum perficiuntur, ad creatorem suum accedat. [Tum ei placuit, ut id diceret, quum neque rerum creatarum neque ejus, quod serviebat ad earum ornatum, quidquam remaneret, quod finitione egebat.]

His dictis addit „et factum est vespere et mane, dies sextus“; haec autem tum addidit, postquam narrationem omnium rerum die sexto factarum finivit, ut etiam de ceteris diebus fecerat, omni die dicens de iis, quae in eo exstiterant. Omnibus rebus creatis finitis addebat „factum est vespere et mane, dies tertius“ aut „quartus.“ Et iterum ut compleret institutionem auditorum, addit* „igitur perfecti sunt coeli et terra et omnis ornatus eorum.“ Et perlucide indicavit, coelum esse primum et terram una cum eo factam esse. Statim in initio demonstravit, ea (coelum et terram) exstitisse una cum omnibus rebus, qnae simul cum iis creatae sunt, quum exteriora omnium ceterorum sint et in se contineant omnes creationis partes. Addidit ergo hic „et omnis ornatus eorum“ ornatum amborum vocans ea, de quibus postea narrat.

* Gen. 2, 1.

ldjunxit autem* [„finivit Deus omnia opera sua quae fecit n die sexto“ h. e. finivit coelum et terram cum omni eorum rnatu in die sexto, non relinquens quidquam quod creationi, anquam si imperfecta sit, addi debebat. Quum postquam ncepit a coelo et terra, in die sexto omnia finiverit, quando ominem quoque in fine omnium rerum fecit, eum ad imainem suam creans et in eo omnem creationem conjungens. ddit ergo „requievit in die septimo ab omnibus operibus uis, quae Deus inceperat facere.“ Nam dixit, in die sexto reationem omnium rerum finitam esse, septimo autem die um requievisse et cessasse a creando, quoniam omnia in die exto finiverat. Manifestum autem est eum non innovasse uidquam post diem sextum, quum perpetuo et semina et lantae et animalia fiant; neque vero de novo (fiunt), sed ecundum ea quae antea fuerunt, neque in fine incipiunt sse, sed ex existentia secundum definitionem et secundum ussum aut benedictionem, quae iis data est, omnia omni lie amplificantur.]

Ad Gen. 2, 8—10.

Ἐδὲμ δὲ ἔοικεν ὀνομάζειν τὸν τόπον τὸν κατὰ ἀνατολὰς Fol. 30a.
κείμενον, ἐν ᾧπερ ὁ παράδεισος ἦν, οὐ μικρόν τι μέρος τῆς γῆς Migne p. 637.
LXIII. His verbis, quae adhuc diximus, demonstravimus gravitatem et doctrinae ecclesiae, et apte dici „inhabitatio" (ἐνοίκησις) ex verbis Scripturae antea memoratis satis explanavimus, et ex libris ostendimus nos justo nominationem unionis (ἕνωσις) retinere et recusare nomen permistionis. Nos autem, postquam in dissertatione de his rebus pulchre disceptavimus, neque hoc admittimus, quod hi afferunt ad refutationem ambarum (*rerum*). Dicunt enim, se habere duo testimonia gravia et sufficientia ad confirmandum historias eorum novas, quae sunt (*unum*) ex Evangelio* „Verbum caro factum est", (*alterum*) ex Apostolo** „evacuavit se ipsum et assumsit similitudinem servi." O de multitudine dementiae! quod non intelligere possunt, quae iis conveniant;

* Joh. 1, 14. ** Philipp. 2, 7.

sed quam saepe dicunt, quae contra eos ipsos sunt! In quo enim simile est illud „caro factum est*“ illi „similitudinem servi assumsit“, quod secundum animum eorum in censum vocandum est? Manifestum enim est, rem quae existit non aliud quiddam esse, postquam facta est, atque id quod facta esse (ܗܘܬ) dicta est.

De assumtione; explicatur Philipp. 2, 6 squ.

Assumsit aut assumtus est, similitudo Dei aut similitudo servi. At dicitis: similitudo Dei est quae assumsit, similitudo servi quae assumta est. Quid ergo vobis opus est turpitudine quaestionum? et cur non sumitis distinctionem harum rerum ex libris divinis et cognitionem religionis cum puro animo affigitis in mente vestra? Quomodo enim is qui assumsit similis est assumto et quae aequalitas est inter Deum et hominem? servum et dominum, similitudinem Dei et similitudinem servi? — Tu autem videas, quomodo insigni ratione Apostolus de distinctione naturarum nos edocuerit et illum appellet similitudinem servi et hunc Dei, illum eum qui assumsit et hunc assumtum. Et has diversas res collegit et docuit nos unionem personae. Dixit enim** „sed evacuavit se ipsum et similitudinem servi assumsit et in similitudine hominis erat et in habitu ut homo habebatur“ et postquam testatus est de natura ejus humana, procedit ad res humanas, revelatione indicans copulationem (συναφείαν) Dei Verbi. Nam dicit*** „humiliavit se ipsum et obedivit usque ad mortem, mortem crucis.“ Et manifesto haec congruunt cum natura hominis, id quod cruci affixus est et secundum naturam suam mortem accepit. In eo autem „humiliavit se ipsum“ indicatio adunationis inest; nam hominis non erat, quum in se ipsum sumeret mortem, quae ab initio judicio Dei super naturam extensa est. „Humiliavit se ipsum et obedivit usque ad mortem, et maxime (*mortem*) in cruce“ — Fol. 12.

* Cfr. Fritsche p. 23 l. 17—22. Migne p. 982 fragm. libri IX primum.
** Philipp. 2, 6. 7. cfr. Comment. Migne. p. 924. *** Ib. 2, 8.

is qui a Deo Verbo assumtus erat et qui copulatione sua supra mortem esse poterat, sed ex suo arbitrio pro salvatione nostra passionem toleravit; et perseverat dicens ea, quae naturae humanae apta et congrua sunt. Addit enim iis et dicit:* „et propter hoc quoque Deus eum exaltavit et extulit et dedit ei nomen, quod superat omnia nomina.“ Quem autem exaltatum esse dicimus? Deum Verbum? Et is, qui erat similitudo Dei et imago Dei — neque hoc erat in parte rapinae (*tanquam arreptum quidquam*), sed ut quidquam, quod
Fol. 12b. naturam ejus decebat — et quanquam sciebat se esse patri aequalem, suapte voluntate propensus erat, ut gloriam suam velaret et in similitudine servi appareret nostrae salvationis causa. Accepit ut in altum efferretur. Haec enim de eo dixit Paulus. Num autem excelsiora sunt quam haec, quae dicta sunt? Accepit et exaltatus est. Aut quomodo exaltabat Deus eum, qui ei par erat aut majorem se ipso eum fecit? — quod turpe dictu est. Necessarie enim, si una res e rebus aequalibus in modo permanet, altera supra modum aequalitatis exaltatur, evanescit aequalitas. Perspicitur autem igitur magnum esse eum, cui ab initio aequalitas exacta fuit. Et porro — quomodo in iis rebus, quae pares sunt, una potest dare, altera autem indigere gratia? et quid ei datum est? Videamus verum etiam hoc, sc. nomen, et quid sit hoc (*nomen*)! Nimirum** „in nomine Jesu omne genu flectatur, quod est in coelo et terra et subter terram, et omnis lingua laudabit Jesum Christum in gloriam Dei patris ejus.“ Et hoc donum post mortem creator universi accepit, is a quo omnia facta sunt et sine quo nihil factum est ex iis, quae sunt et existunt. — Si vero quis dicat, hoc datum esse ipso Deo Verbo, quam impietatem multi antea committebant, in fine autem ad cognitionem veritatis sese verterunt et adoraverunt eum, eodem modo etiam pater hanc gratiam assumere videtur. Multi enim impii erant et post adventum Christi ad cognitionem se verterunt. Si vero decet accurate loqui, „pater potissimum accepit gratiam“ secundum horum opinionem. Ille enim qui adventu suo et passione effecit, ut qui-

* Philipp. 2, 9. ** Philipp. 2, 10. Rom. 14, 11.

vis homo ad cognitionem patris accederet et qui dominus noster est apud patrem suum, dixit:* „hominibus nomen tuum notum reddidi." Nimirum manifestum est haec de eo, qui assumtus est, esse dicta, cui gloria data est a tota creatione et confessio domini et adoratio ab omni, quod est in coelo et terra et subter terram. Hanc gratiam accepit is, qui assumtus est, quum non sit simplex et solus pro se, sed in unione Dei Verbi. Quum enim omnis gloria debeatur Fol. 13. unico Deo Verbo a creatione sua, quum omnia per eum facta sint, ii qui adorationem huic offerunt, quum sciant una cum eo esse similitudinem servi quae assumta est, gloria (*laude*) sua etiam similitudinem servi, quae assumta est, adorant, quum adunationem similitudinis servi cum Deo Verbo norint. Si quis ergo id, quod Dei est, de ipso Deo Verbo praedicare velit, ut id quod eum exaltavit, bene dixisse mihi videtur — et haec notio etiam sententiae Verbi aptum est. Assumsit enim similitudinem servi et unione cum se eum exaltavit et extulit et dedit ei, ut tota creatio eum adoraret. Quid igitur abhinc? extulit aut assumtus est, similitudo Dei aut servi? est creator universi, aut gratia (*lacuna*) accepit adorationem? At cesset omnis lingua blasphemans! Docet enim enim B. Apostolus manifesto, quid sit discrimen naturarum, quae gloria naturae quae assumsit, quis assumtus sit, et eum esse similitudinem Dei, hunc autem similitudinem servi et eum in misericordia sua subiisse, ut a gloria sua humiliaretur; hic autem in gratia ab eo assumtus est et propter gratiam a tota creatione adoratur. Et ad haec addit docens nos de unione. Hoc enim docet omnia in unum colligens; postquam enim dixit de Deo Verbo, eum esse similitudinem Dei ctr.* „et erat in similitudine Dei et in habitu repertus est ut homo" et addidit „humiliavit se ipsum et obtemperavit usque ad mortem, mortem crucis" — quae indicant res humanas; iterum dicit „propterea etiam Deus eum exaltavit" et quae omnia postea de eodem hoc dicit. Et intellegebantur haec contraria fuisse. Hoc autem imprimis admiratus sum, diligentiam verborum Apostoli, hoc

* Joh. 17, 6. ** Philipp. 2, 7.

dico quod primum dixit de eo qui assumsit, de eo qui assumtus est, et hunc vocat similitudinem Dei, hunc similitudinem servi — et postquam distinctionem naturarum accurate memoravit, tunc corporeitatem ejus quoque dicit
Fol. 13b. et mortem crucis et ea quae post mortem ei contigerunt, dico gloriam quam a tota creatione accepit. Et per haec unionem indicat. Assumtione enim, eo quod ille assumsit, hic assumtus est, et hoc quod ille est similitudo Dei, hic similitudo servi, naturas distinguimus. Gloria autem, quam Deo Verbo in morte et cruce communicat, unionem personae cognoscimus.

Hi autem haec quae dicta sunt considerare nolunt, et contemnunt, ut veritatem e Libris discant, et interdum interrogant „alius et alius est aut idem?“ et porro „misericors est an misericordia egens? adjutor an auxilio egens?“ Adversus haec autem ea quae dicta sunt sufficiunt, ubi distinctionem naturarum et unionem personae ostendimus. Et perspicitur illum in natura adjuvari, hunc adjuvare, quum nota sit unio ambarum (*sc. naturarum*), quae (*unio*) a tota creatione adorationem accipit. Diligenter ergo demonstrabimus et imprimis ex verbis B. Davidis, quum testetur de iis quae ab eo dicuntur aut explicantur, quomodo (*haec*) accipiantur a Domino nostro et ab Apostolis h. e. a Domino nostro — is enim etiam per Apost olos loquebatur. Beatus David gratia Spiritus Sancti totam gubernationem quae futura erat praevidit, et Deum creatorem universi propensum futurum et inhabitaturum esse in homine salvationis nostrae causa et eum similitudinem servi esse assumturum et eam secum unam (*parem*) redditurum et unione cum ea universum recturum esse. Miratus autem est de misericordia ejus et stupefactus est de multitudine honoris hominum, quod nos hujus dignitatis dignatus est, ut inhabitaret in natura nostra. Etiam hoc praevidit revelatione Spiritus, eum cuique homini notum futurum Deum et creatorem universi et in creatione nomen ejus laudem habiturum esse, et quemque hominem cogniturum esse creatorem suum, qui antea iis (*hominibus*) non notus fuerat

Et de his duobus miratus est, de uno quod eos qui ad malum ese verterunt, ad bonum reducit, de altero quod hanc actioiem agit in homine tanquam in vase — eo quem tanquam principium ab omni genere nostro assumsit et omnia in eo paravit ad salvationem vitae nostrae

De visionibus Dei et angelorum.

Ut ad duo quidquam accedat, pars ad chrysolithum, Fol. 11. pars ad ignem. A Jesaiah autem „vestimenta indutus" et „sanguis noster sanguinem inimicorum rubicundum reddit." Et iterum alicubi,* quod in corpore humano est sedens supra thronum, qui circumdatur a Seraphim. Necesse est autem, si visiones perlustramus, etiam hoc considerare iis non fuisse corpora humana, sed nova erant et contra consuetudinem universalem creata, tum iis fuisse alas et a quibus (*corporibus*) pennae eorum sint. Et dicimus aliud esse corpus quod assumtum est a Deo et Patre, aliud id (*quod assumtum est*) a filio, alia autem et diversa ea Angelorum, quod etiam a Bileamo conspectus est hominis instar gladium manu tenens — et porro a Josua in similitudine viri armati. Ne vero multa verba de his rebus extendamus, „et multa corpora" dicimus, si visionibus adducimur, est eas veras putemus. Si vero hoc fieri non potest — haec enim visiones usus cujusdam caussa spectantur ad auxilium eorum qui ea spectant — manifestum est etiam Abrahamo fuisse visionem, quae visa est utiliter a Deo —

Explicit liber X.

Sectiones libri XI. Fol. 11b. Col. 1.

Adversus eos, qui interrogant nos, utrum misericors sit an misericordia egens, adjutor an auxilio egens.**

Liber XI.

Ad*** haec igitur sufficiunt quidem et [quae diximus], ubi et [naturarum differentiam] ostendimus et [personae

* Cfr. Jes. 63, 1 et 6, 2. ** Fragmentum tituli sectionis secundae quid significet non video. *** Migne p. 983. 84 et 1002. quae uncinis inclusa sunt in fragmento syriaco leguntur.

unitatem], et quod secundum naturas iste quidem beneficium accipit, ille autem beneficium dat, certa constituta unitate, ex qua indivise ab universa creatura honor impletur.

Fol. 17b. Col. 2. De anima et cognitione argumentis sufficientibus usi sumus — veritati (*v. ad confirmationem* ܠܫܘܪܪܐ) eorum quae opus sunt; hoc solum hic demonstrare volumus. Attamen ex affluentia (*tanquam superfluum*) etiam hoc ostendemus, nos non simpliciter distinctionem naturarum e Libris didicisse, sed indicationem corporis et animae cognitione praeditae. E quibus conspicitur eum esse hominem perfectum. Consequenter autem id quod sequitur dispositionem ordinis orationis, apprehendemus. Hi enim multas quaestiones nobis afferunt ad refutationem veritatis — et tum dicunt „si dicimus „duo perfecti", necesse est dicere „duo filii"*, tum autem „non decet dicere alius et alius" et iterum „decet dicere"" Deus verbum crucifixus est, is qui Christus est neque alius quidam."" Contra has quaestiones ut decet respondimus. Et quum promiserimus, ut veritatem ecclesiae dissertatione demonstremus, quum autem in promissione nostra non mentiamur et quum perfecte quaestionem contra responsionem (*respons. c. quaest.* — ?) fecerimus, iterum cogimur ut agamus verbis, quae in argumentis exactis dicuntur — et antea.

Refutantur interrogationes „utrum misericors sit an misericordia egens, resuscitans an resuscitatione egens" ctr.

Fol. 9. Ut distinctione naturarum utamur. Hoc nos interrogant, utrum misericors sit an misericordia egens, adjutor an auxilio egens. Et hoc machinantur, ut probos rem acerbam et turpem interrogent nihil curantes, ut conveniens et aptum doctrinae ecclesiae sit. Etiam de his rebus ex Libris divinis demonstrare decet, etiamsi ex iis quae supra memoravimus ostendi possit. Quum enim naturae diversae sint, necessarie diversitatem earum etiam singularia earum sequun-

* Migne p. 985 l. 19b 22 εἰ δύο τέλεια φάσκομεν, πάντως δύο καὶ τοὺς υἱοὺς ἐροῦμεν.

ur, quando de ipsis naturis verbo interrogare volumus; hoc utem est propter fraudes eorum, qui, ut is qui aliquid novi nvenit (ܡܚܕܬܐ), interrogationem insolitam interrogant. Etiam hoc a nobis addatur, quomodo aperte intelligatur, llum esse adjuvantem, hunc adjutum. Et hoc primum ex Evangelio discimus, nam postquam Dominus noster in Jerusalem venit, incepit ex templo ejicere eos qui vendebant olumbas et oves, dixit iis:* „haec domus precibus est (*destinata*), non ut sejungatur commercio.“ Et hi ab eo signum rogarunt, ut ostenderet magnitudinem suam, qua onfirmatus (*fretus*) est et jusserat ut consuetudo (*commercium in templo*), quam (*Judaei*) per longum tempus tenue- Fol. 9b.
rant (ܠܒܟܘ), dissolveretur. Neque vero quidquam explanavit, sed dixit iis: „solvite hoc templum et in tribus diebus ego reconstituam“ et Evangelista interpretans dicit „hoc autem dixit de templo corporis sui.** — Ii autem accedunt et dicunt nobis (placet nobis verbis eorum adversus eos uti) „resuscitans est aut is qui resuscitari debet (*v. potest*)? resuscitans eum, qui solubilis est, aut solutionem excipiens?“, quae autem inter se contraria sunt neque congruunt. Solubilis enim eget resuscitatore suo, ille autem extra passionem est et potestate eum, qui solvitur, resuscitat. Dixerunt ergo nobis: quid erga hanc quaestionem dicere decet? — Facile autem respondemus dicentes: satis cognitionis de hac re ex Scriptura nobis est. Alius enim est, qui solvitur, alius qui resuscitat. Et ille est templum, quod solutionem excipit; ille autem, qui id resuscitat, Deus Verbum est, qui promittit se resuscitaturum esse templum ejus dissolutum. Et quomodo fieri potest quin (*haeretici*) ex his discant distinctionem naturarum et accedant ad cognitionem veritatis; sed quaestionibus turpibus periclitantur ut probos conturbent.

De adunatione personae.

Saepenumero etiam homines de iis dubitabant in per- Fol. 16a.
versitate sua. Abhinc autem manifestum est, quae apte de

* Joh. 2, 14 sq. ** Cfr. p. 62 fragm. 8.

natura humana dicantur et quae hoc earum (*sc. naturarum*) discrimen diversum reddant de natura divina, quum cada in copulationem (συνάφεια). Singularia omnium eorum quae de Dno. nostro et salvatore Jesu Christo dicuntur quando naturae separatim in significatione sua examinatur, est ubi quadrant in hanc (*naturam*) et est ubi in illam, in ordinem eorum, quae de utraque naturarum dicenda sunt. Si autem tenent adunationem personae, propter adunatione communiter ambae (*naturae*) dicuntur, etiam in re, qu quadrat in hanc (*utram naturarum* —). Ita enim etiam re quae natura distincta est, vides connexe dici propter ad nationem naturae

De genealogia et nativitate Christi.

Fol. 16 b. Quem creaverit et hic a quo et quem. In enarratio generum David et abinde secundum ordinem traditio remansit Jesus Christus in fine, quum dicat (*Matthaeus*) ita „Mattan creavit Jacobum, Jacobus Josephum maritum Mari a qua natus Jesus, qui vocatur Christus.“ Et his ape demonstrat se loqui de Christo in carne, quem dixit nat esse a Maria. Non enim de natura divina verba facie necessarium erat ostendere semen Mariae ortum esse Abrahamo. Et distinxit abhinc tres numeros, qui comp bant quatuordecim, ne ex ordine concluderetur, Christ quoque in eodem ordine natum esse. Dicit:** „Nativi autem Christi ita erat; desponsata erat Maria mater e Josepho. Antequam societatem habebant, inveniebat praegnans a Spiritu Sancto —

Fol. 17 a. Quod etiam dici decet „a Spiritu Scto. (*eum creat esse*)“, neque vero eum formatum esse in naturam divina Et postea dicit ut id quod Angelus dixit Josepho:*** Jose fili Davidis, ne metuas sumere Mariam uxorem tuam. N quod in ea creatum est, a Spiritu Sto. est.“ Quae eti apud B. Lukam invenis. Postquam enim dixit, quom Angelus ad Mariam venerit et ei annuntiarit eam esse p

* Matth. 1, 16. ** Matth. 1. 18. *** Matth. 1, 20.

reaturam, dicens:* ecce, concipies et procreabis filium" tr. et quum Maria de hoc dubitaret et diceret:** „quomodo oc erit, quum vir mihi non notus sit?", dixit (Lukas) id uod Angelus respondit eique dixit:***„Spiritus Sanctus veniet t vis excelsi te obteget, quia is qui a te procreatur, sanctus st et filius Dei vocabitur."

Explicatur Luk. 2, 40.

LXXVIII. Hisce ergo tractavimus de nativitate. Similia autem sunt quae sequuntur, scilicet eum lege gubernaum esse et omni cura studuisse, ut eam observaret. Satis libris divinis discimus, ubi Evangelista dicit:† „puer autem adolescebat, invalescebat spiritu, quum plenus fieret sapieniae et gratia Dei esset supra eum." Alius autem (*locus*)†† „et descendit cum parentibus suis et venit Nazaretham et obedivit iis." Et Apostolus dixit:††† „vero sublime est hoc mysterium, quod*† ἐφανερώθη ἐν σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι. Δεδικαιῶσθαι ἐν Πνεύματι λέγων αὐτόν, εἴτε ὡς πρὸ τοῦ βαπτίσματος μετὰ τῆς προσηκούσης ἀκριβείας τὸν νόμον φυλάξαντα, εἴτε ὡς καὶ μετ' ἐκεῖνο*†† τὴν τῆς χάριτος πολιτείαν τῇ τοῦ Πνεύματος συνεργείᾳ μετὰ πολλῆς πληροῦντα τῆς ἀκριβείας. Nam etiam ad baptisma it. Decet etiam hoc brevibus memorare, ne longiorem reddamus sermonem nostrum. Fol. 17b.

Fol. 1. forsitan libro XIV. tribuendum est; Gennadius de viris ill. c. 12:

Quartum decimum autem hujus operis librum proprie de ctr. et de creaturarum ratione disserens pro sensu ctr. explicuit.

* Luk. 1, 31. ** Luk. 1, 34. *** Ib. 1, 35. † Luk. 2, 40. †† Luk. 2, 51. ††† 1 Tim. 3, 16. *† Migne p. 988. fragm. primum libri XIII. *†† Ita Graecus. Syrus τῇ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος πολιτείᾳ καὶ τῇ αὐτοῦ ἀκριβείᾳ πεπληρωμένον.

Naturae inter se separatae sunt.

Fol. 1a. lin. 5 Ita igitur naturae una ad alteram contrarie accedere non possunt et propterea dominus naturarum naturas unam ab altera separavit, et supra ut in alto ignem posuit, infra autem terram. Atque aquam arena tanquam muro sepivit. Et distinxit eas invicem, et imperavit, ut aqua unam faceret collectionem, ne, commixta aqua cum natura terrae, (*aqua*) hanc (*terram*) demergat et naturam suam perdat hac (*terra*) admixta, neve, accedente (*aqua*) ad eam et superata ab ea (*terra*), propter crassitiem ejus evanescat (*aqua*), neve quum (*aqua*) validior igne sit, hujus naturam consumat, neve terra superet ignem, quem in se fert —

De conditionibus germinandi.

Fol. 1a. Col. 2. lin. 9. Terram reddit locum, ubi fructus germinant. Fructus igitur, si calor vehemens fit, hi magis quam socii pereunt; nam aere calido et frigido fructus arescunt, quum utri horum hic effectus sit. Viriditas aeris facile eos (*fructus*) exuberare potest. Ita quoque semina multa aqua oppressa (*in m. aq. immersa*) pereunt in terra. Si autem multitudo caloris iis (*seminibus*) adhaeret, (*terra*) parum ea germinare facit; sine auxilio usus eorum agricolae est, quum non inventa sit radix, quae in profundo stabiliri et tanquam si opus sit, terrae addi possit, ut in ea infigatur. Et iterum si frigus ingravescit, germinatio seminum marcescit et perit. Ita igitur hae naturae ad se invicem accedere non possunt.

De conditionibus mixtionis; vox „mixtura" in Scriptura S.

Fol. 1b. lin. 4. Ita enim dicimus, calida cum frigidis, aqua cum vino commisceri, et saepe dicimus aer commisceri; si nempe ejus frigus se adjungit calori, miscetur et fit aequalitas mixturae. Neque quisquam dicit, oleum cum oleo misceri, aquam cum

aqua, nisi si aridum vel calidum vel frigidum. Hoc enim est propter differentiam effectus eorum. Jure adhibitum est hoc nomen (*mixtura*). Invenimus quoque, quod Scriptura divina has res „mixturam" appellat. Beatus enim David dixit:* „scyphus in manu Dei et plenus mixturae vini turbidi" h. e. mixtus. Salomo sapiens dixit:** „sapientia aedificavit sibi domum et libavit libationem suam et miscuit crateres suos vino." In his locis librorum sanctorum invenimus nomen „mixturae". Et apud nos quoque usurpatur. Nam saepissime utimur voce „mixtura" etiam de homine, qui constat ex commixtione quatuor elementorum. Quae (*commixtio*) corpus constituit. Neque (*haec commixtio*) quanquam — terrae in eo invenitur et aer effunditur, in eo (*corpore*) cognoscitur, neque (*in eo cognoscitur*), quanquam Col. 2.
aqua in eo fluit. Sed effectus horum ubi miscetur, subsistentia corporis nobis consummatur — quum nempe miscetur vis effectūs horum h. e. caloris, frigoris, ariditatis, viriditatis secundum sapientiam mixtoris eorum. Constituuntur autem ad custodiendum corpus et ita quoque fructus cujusque generis constitui dicimus, quum non misceantur naturae ignis terrae aeris aquae atque haec faciant. Nam si hoc contigisset, in hoc toto tempore evanuissent elementa, ex quorum naturae parte ea, quae sunt, subsistentiam sumebant. Non enim naturae una ad alteram accedere possunt propter effectum contrarium, quem invicem habent.

De Melito Episcopo Antiocheno ejusque contra Arianos certamine***.

Multi abrepti sunt neque multum abfuit, quin tota Fol. 15.
populi congregatio in hoc errore periret. Et hac sententia tota oriens turbata erat. Ex eorum numero ii (*erant*), qui putabant se habere perfectam de filio Dei cognitionem in fide. Neque vero de Spiritu Sancto conscientia eorum sana

* Ps. 75, 8. ** Prov. 9, 1. *** Cfr. Epiphanius, adv. Haereses l. III. tom. I. c. 28—35.

erat. Et hi postea in scientia veritatis confirmati et consummati sunt. Eodem hoc tempore quum B. Episcopus Melitus* non tollens palmam dignitatis, quam habuit, ad regem et principes, de hac fide forti animo praedicaret et quamvis sciret fore ut post praedicationem suam abjiceretur a dignitate et amore, quo rex et principes eum prosequebantur, haec omnia contemsit et fretus fiducia alta voce fidem ecclesiae praedicavit. Decet autem ad investigationem et confirmationem verborum nostrorum ipsam ejus sententiam accurate proponere. Nam sic dixit: „tres intelligimus, (*est*) autem ac si de uno loqueremur." Et statim gravis conturbatio in ecclesia orta est et tumultus populi effervescebat. Omnes enim mirabantur de libertate doctrinae ejus et gratia Dei confirmavit animum populi totius. Graviter autem ingemebant adversarii veritatis, quum viderent brevi tempore omnia facinora sua dissoluta esse. Fiducia enim praedicationis et libertas doctrinae erat confirmatio religionis et vituperatio severa contra eos, qui gradatim confirmationem fidei diripiebant. Neque vero verbum doctrinae propter tumultum populi audiri poterat neque si quis cornu usus esset, praedicare potuisset propter tremendum tumultus magni sonum. Et tum B. Ep. Melitus sanctis suis manibus linguae locum implebat, quum optaret, ut omnia membra sua in formam oris sibi transformarentur et per omnia veritatem praedicaret. Et sanctificatus est Beatus confessione oris sui, quum etiam ante confessionem ecclesiae multi gravem persecutionem, comminationem mortis tolerarent, ut ministerium precis ministrarent atque ut offerrent gratias Deo domino universi. Neque iis licebat congregari. Nam Antiochiae Syriae reges multoties minitati sunt et imperârunt, ut in flumen dejicerentur. Tum temporis enim ad latus fluminis conveniebant et congregabantur. Et haec quidem verbis nostris non egent, sed ea ita sese habere ante verba nostra praedicant ipsa facta. —

Beatum autem Melitum episcopum, cujus memoria benedictioni sit, qui in veritate divina et in amore multo magnoque honore apud regem erat — quae caussa eum ex-

* Cfr. Migne p. 971, 2.

pulit ex urbe Antiochia et jecit in exilium? nonne libertas praedicationis ejus de doctrina religionis? quum nempe tota oriens in re fidei turbata esset. Non enim eo tempore haereticos distinguebant, sed in unum coetum miscebant et eos, qui studio doctrinam fidei religionis sibi comparaverant, et eos qui in animo suo dolum erroris sui occultabant, orthodoxis metuentibus, quominus veritatem fidei suae cum libertate praedicarent, quoniam eo tempore validiores erant (*haeretici*) quam ipsi et noti dominio et principibus, qui contrariam opinionem fovebant. Et hi voluntatem regis secundum arbitrium suum regebant. Atque porro donis praeclaris (*desumtis*) ex alimentis ecclesiae (*haeretici*) suo arbitrio subjecerant multos principes et omnes eos, qui in cogitationibus suis sani non erant, quum populus non jam assuetus esset, ut blasphemiam de Dei filio intelligeret. Illo enim tempore hoc scelus ortum est. Nam non ausi sunt, ut opinionem suam aperte proferrent, sed dolo errorem suum occultabant et fidem proborum gradatim spoliabant et trahebant eos in doctrinam perniciosam. Atque ita gradatim hunc errorem —

IV. Hymnus matutinus auctore B. Theodoro Commentatore.

Lux effulsit justis
et probis gaudium,
Jesus dominus noster Messias
effulsit nobis ex sinu patris sui.
Venit et eduxit nos e tenebris
et elucidavit nos luce sua gloriosa.
Dies effulsit supra homines
et fugit potestas tenebrarum.
Lux effulsit nobis ex luce ejus
et elucidavit oculos nostros tenebris obvolutos.
Gloriam suam revelavit in orbe terrarum
et dilucidavit abyssos imas.
Exstincta est mors et fugerunt tenebrae,
et fractae sunt portae orci.
Et elucidavit omnes creaturas,
quae prius in tenebris erant.
Resurrexerunt mortui sepulti in pulvere
et laudarunt, quod redemtionem assecuti sunt.
Redemtionem fecit et dedit nobis vitam
et exaltatus est ad patrem suum excelsum.
Et iterum veniet in gloria sua excelsa
et elucidat oculos omnium, qui eum expectarunt.
Rex noster veniet in gloria sua excelsa;
accendemus lucernas nostras et ei obviam ibimus,

Et gaudebimus in eo, ut gavisus est in nobis
et delectat nos luce sua gloriosa.
Laudem afferemus majestati ejus
et gratias agemus omnes patri ejus excelso,
Cujus misericordia magna est, qui misit eum ad nos.
Et attulit nobis spem et redemtionem;
Dies ejus subito effulget,
et sancti ejus ei obviam eunt,
Et lampades suas accendunt
omnes qui laborarunt, fatigati et praeparati sunt.
Gaudent angeli et coelorum custodes
de gloria proborum et justorum;
Coronas ponunt supra capita eorum (v. sua)
et simul laudant et laetantur.
Fratres mei, surgite et parate vosmetipsos,
ut gratias agamus regi et salvatori nostro,
Qui venit in gloria sua et delectat nos
luce sua gloriosa in regno (aeterno).

V. Theodorus laudatur.

1) Theodori ex libro contra Apollinarim.

Nam quum duae naturae perfectae in una persona unitae sint, Apostoli etiam talia, quae in duas naturas quadrant tanquam de una persona multocies praedicant.

2) Theodorus: Nam etiam ab initio unitus erat cum Deo Verbo, qui assumtus est in praescientia, et formatione in utero (*facta*) initium unionis accepit. Statim autem, ubi unionis dignus habitus est, omnia accepit, quae accipere decebat hominem unitum cum Unico et Domino universi, quum dignus haberetur rerum multo excelsiorum quam ceteri, quoniam ei exaltatio unionis erat, quae ab initio ei contigit.

3) Loquebatur autem nobis per hominem istum, qui assumtus est, et hic faciebat ea, quae faciebat, tanquam Deus. Loquebatur autem nobis talia quae decent.

4) Sed etiam rerum futurarum cognitionem, quantum usui erat, a Spiritu Sancto accipiebat.

5) Sed ita dicit: ut enim, quanquam e Bethlehem oriundus erat, Nazarenus appellatus est, quum assiduo ibi habitaret ibique educatus esset, ita etiam homo (*appellatus est*), quum in homine inhabitaret.

6) Confitemur autem Patrem perfectum in persona, talem Filium, talem Spiritum Sanctum, integra confessione religionis orthodoxae, quum Patrem, Filium, Spiritum Sanctum non tres οὐσίας diversas sed unam esse credamus, (*confitemur*) quanquam ipsa Deitatis οὐσία perspicua est, decere ta-

men etiam ob gubernationem pro redemtione nostra, gubernatione quam Dominus noster Christus Deus perfecit, cognoscere Deum Verbum hominem perfectum assumsisse, eum esse ex semine Abrahami et Davidis.

7) De eo quod dicitur „poenitet Deum" v. „poenituit." Theodori haeretici ex capite, quod scripsit de eo „decet nos ita, ut consentaneum est Deo, explicare ea quae in Libris sacris de eo praedicantur, quamvis humanum quoddam indicare videantur.

Dictum est „poenitet Deum", attamen non ut homines neque ita, ut consilium prius relinquens ad alterum procedat. Hanc enim passionem ii, quos poenitet, patiuntur. Ejus voluntas manet in aeternum et scriptum est* „veritas Domini in aeternum manet." Sin igitur non mutatur in consilio et voluntate, tempus postulat ut explicemus, quomodo eum, quanquam immutabilem, poenitere, quomodo mutari possit, et imprimis quum Apostolus dixerit** „ejus dona et vocationes sine poenitentia sunt." Huic enim doctrina divina contraria non est. In bonitate et misericordia sua donat et vocat eos qui digni sunt, qui vocentur et dona ab eo accipiant. Et quum voluerit ut donaret et vocaret, neque vero consilium ejus finem assequatur, non mutatur in iis, quae antea cogitavit. Quum enim, postquam Saulum ad regnum, Judam ad apostolatum antea vocavit, hi mali scelestique evasissent, vocationis et doni eum non poenituit (haec enim mutatio illorum est), sed hujus quod vocavit Saulum loco regis rebellis atque scelesti (!) et Judam apostolum, qui proditor factus est. Quum enim vocationis, quam donavit, eum non poeniteret, Davido loco Sauli, Matthiae loco Judae eandem dignitatem obtulit. Quum igitur vocatio et dona sine poenitentia maneant, eorum eum poenituit, qui acceperunt neque vero tenerunt ea quae data sunt. Nam dicit „poenituit me non quod unxi regem sed Saulum, non quod hominibus dedi apostolatum, sed quod tradidi Judae". Patebit autem hoc argumento, quod investigari potest, Deum, quum vellet, ut omnes homines viverent et cognitionem veritatis

*) Ps. 116, 2. ** Ad Rom. 11, 29.

assequerentur, remunerationes divinas iis promisisse, qui voluntatem ejus sequuntur, ut redimantur et cognitionem veritatis habeant. Atque quum omni tempore inveniantur homines virtute praediti, hos igitur, in decreto de renumerationibus scriptum est, quum diligentes et sancti sint, haereditatem accepturos esse, si in tali conditione perseverent. Si vero mutatio procedit ex voluntate eorum erga id quod iis praebetur, indigni sunt promissorum, quae proposita sunt bonis et haeredibus, non scelestis hominibus. Atque ita explicandum est, quod eum, qui promiserat, eorum poenituit. Nam passio ejus perspiceretur, si vellet ut homines mali, non boni ejus haeredes essent, quanquam in testamento scribit „homines boni.“ Nam si ab initio usque ad finem haec ejus est voluntas, ut viri boni ejus haeredes sint, dum iis qui e probis scelerati evadunt, non dat, haec non ejus est mutatio, sed horum qui non perseverarunt in communione virtutis.

8) Ad Joh. 2, 19.

Theodorus: ceteri quoque evangelistae retulerunt eum venditores ovium et boum ex templo ejecisse, quod hic quoque memoravit propter vim eruditionis, quae cum patratione miraculi conjuncta est. Ii enim solum narrarunt eum ejecisse, hic etiam ea quae Pharisaei dixerunt et ea, quae ipse dixit.

9) Ad. Joh. 3, 8.

Johannes* et Theodorus dicunt „hîc locutus est de Spiritu Sancto, cujus vox Jesus est“ i. e. cognitio adventus ejus. Pulchre autem dixit „cujus vox“, quum prior quoque descensio ad Apostolos audiendo perciperetur, sc. vocem quasi venti fortis audiebant. Pulchre igitur addit „talis est quisque a Spiritu natus“ i. e. quisque cujus partus spiritualis est, qui cogitationibus humanis attingi non potest.

* i. e. Chrysostomus.

Quae sequuntur translata sunt e P. Lagardii Analectis Syriacis pp. 100—108. Add. 12156.

Ex libro de incarnatione*, e capite cujus initium est sic: „Quoniam vario modo multi in doctrina incarnationis** erraruut“, ex sectione XI: Post resurrectionem autem quum discipuli a Spiritu perducerentur, tum revelatione quoque cognitionem perfectam accipiebant, ut scirent exaltationem ejus, quae praestantior est quam aliorum veritatis virorum, non in dignitate quadam simplici a Deo (*data*), qualis aliis hominibus data est, positam fuisse, sed in unione cum Deo Verbo, quam cum omni ejus dignitate ei communicat post ascensum in coelum.

Ex initio sectionis XXXIII: Quum enim Apostolus dixerit:*** „Sicut per unum hominem peccatum in mundum intravit, et per peccatum mors“, ita etiam gratia per unum hominem Jesum Christum in multos redundavit, quod omnium commune est id quod appetunt — ea quae ex edictis Apostolorum oriuntur (*v. concludi possunt*), si vere agnoscunt se verbis Apostolicis obtemperare. Neque vero hisce obtemperantes nos interrogant: „Quae est solutio quaestionis? — Et laeto cum animo hoc nos damus responsum, (*eum*) aestimantes gloriam nostram: „(*Solutio*) est apologia edictorum Apostolicorum“, et dicimus: Hominem moribus suis inobe- P. 101.

* Ms. ܡܠܒܪܢܫܘܬܐ ** Ms. ܡܠܒܪܢܫܘܬܐ *** Ad Rom. 5, 12.

dientiam relinquere (*dissolvere*) decebat. Quoniam autem homo simplex, ubi pugnabat cum peccato, tum ejus potestatem vincere non poterat (quum enim (*peccatum*) in natura nostra per longum tempus antea conditum esset, sibi acquirebat animam, quum haec (*anima*) facile subjiceret eum (*hominem simplicem*), qui cum eo (*peccato*) pugnare volebat; alioquin enim (*peccatum*) victum esset pugnâ cum eo), inhabitatio Dei Verbi requisita est, ut dum voluntas morum ab homine (*procedens*) integra servabatur, auxilio autem Dei Verbi qui dabat, ut perfecte valeret, a peccato facile sese liberaret atque inobedientiam, quae per principem formationis nostrae exstitit, dimitteret.

Ex sectione XXXV: Comparantur autem ἀγῶνες Domini nostri, quod non nobis commodum acquirebant, sed quia visibilitatis* cujusdam causa maxime fuerunt. Sin hoc dici non potest — nam notum est hoc nostra causa factum esse — magnum contra animae passiones certamen constituit, parvum autem contra passiones carnis, ut etiam accidebat multo melius his (*passionibus carnis*) resistere (!). Scilicet haec (*anima*) ea erat, quae praecipua sanitate indigebat. Et constat eum, postquam carnem et animam assumsit, per duas pro duabus in pugna stetisse, quum in carne peccatum exstirparet ejusque cupiditates coerceret. Et facit, ut cogitatione animae praeclara facile vincantur. Erudiebat autem animam et exercebat, ut et passiones suas superaret et carnis cupiditates infringeret. Deitas enim inhabitans haec omnia gubernare incepit. Et in hac re etiam gratia Spiritus Sancti adjuvabat ad hunc effectum, ut Beatus quoque Apostolus
P. 102 dixit**: „vere grande est arcanum timoris Dei, qui revelatus est in carne et justificatus in Spiritu"; quoniam nos quoque auxilium Spiritus accepturi eramus ad perfectionem justitiae.

Ex sectione XXXVI: „Nam quum hominibus posterioribus auxilio egentibus auxilium Spiritus ad consummationem virtutis perfectae daturus esset, primum hoc in eo, qui assumtus est, fecit."

Et porro: Sicut quum ad discipulos suos loqueretur

* Ms. ܡܬܚܙܝܢܘܬܐ ** 1 Tim. 3, 16.

le dono Spiritus, quod ad eos venturum erat, dixit:* „is me audabit, quoniam a me accipiet et referet vobis.“ Non lixit ܡܢܝ (ἐξ ἐμοῦ), sed ܡܢ ܕܝܠܝ (ἐκ τοῦ ἐμοῦ).

Ex sectione XXXVII: Sed etiam Spiritu Dei eum dixit niracula patrasse. Nam si ego igitur Spiritu Dei daemones jicio, quis is est qui tam stultus, ut de Deo Verbo dicat um Spiritu Dei daemones ejicere, quia hoc hominum est, uorum potestas non sufficit ad miracula perpetranda. Iam ero quod de eo, qui assumtus est, ita dicimus, aptum est.

Ex sectione** XXXVIII: Docet autem etiam verbum)omini nostri, qui dixit***: non metuatis eos qui corpus nterficiunt neque vero animam interficere possunt; magis utem eum metuatis, qui animam et corpus in gehenna perlit.“ Ita igitur cogitatio eorum, quod stulta est, reprehenlitur. Nam is qui ad voluntatem animae spectat, eadem atione etiam assumtionem carnis cum anima, quod superacanea sit (*v. quae altior v. majoris momenti est*) reprehendit.)uod non ita est. Ex voluntate enim virtus oritur. Haec *voluntas*) autem etiam auxilio Dei ad hoc indiget, quia sua psius inclinatione ad peccatum trahitur. Et propterea Dominus noster, ubi hominem assumsit, magnam ei dedit felicitatem, quod peccatum stabilitum ex carne ejus sustulit, et x anima ejus multam inclinationem ad labendum in passiones, t inclinationem ad peccatum. Ita enim e carne aestum cupilinis, qui in ea inest, sustulit in anima dominium passionum irritum reddens, non ipsas passiones motusque tollens (— nam haec in ambobus (*anima et corpore*) usque ad hoc tempus moventur —), sed facultatem earum concutiens. Et moribus suis eruditionem, quae animae apta est, dedit; reddidit eam ut a passionibus suis superari non possit. Et introductione cogitationum bonarum expellitur bellum earum (*cogitationum*), quae malae sunt — etiam ad infringendas cupiditates in carne inclinatione in bonum, quum adjuvetur auxilio Spiritus. P. 103.

* Joh. 16, 14. ** Ms. ܪܫܐ *** Matth. 10, 28.

Ex sectione L: Quia per hominem mors est, propterea etiam per hominem resurrectio mortuorum est, ut manifestum est consentaneum non esse resurrectionem alia ratione hominibus datum iri ac per eum, qui in natura similis est, qualis in natura fuit is, qui causa mortis fuit. Qualis etiam is esse debet, qui causa resurrectionis est.

Ex sectione LI: Non enim dicitur, Deum esse indutum carne — nam nemo dicit „Deus carne indutus". Iterum autem dicimus „homo in quo Deus inhabitavit." Hoc nempe „Deo indutus" indecorum non est, id quod ii, tanquam si aperte indecorum sit, contenderunt ut tollerent. Si enim homo vocatur, ut ex Scriptura divina ostendimus, in hoc autem Deus Verbum inhabitabat, ergo in eo inerat aut, ut dicere volunt, turpe non est dictu „homo indutus est Deo, eo qui in eo inhabitavit." Et iterum: „Nam hoc imprimis interrogant, sitne alius Christus, alius filius Dei, aut hic Christus, ille filius Dei." Et si quis respondet et dicit eum esse eundem, statim putant* se hoc haeresis suae stabilimentum nactos esse.

Ex sectione LVI: „Sapientiam nempe inter perfectos loquimur."** Sapientiam autem vocavit totam de Christo praedicationem, qua omnes homines discebant, Deum Verbum quum inhabitaret, ita omnia per hominem gubernasse. Crucifixus autem pretiosus est non propter naturam ejus qui passus est, sed propter potestatem ejus qui assumsit.

Ex sectione LIX: Etiam Dominus noster, quanquam in iis quae secuta sunt, omnino perfecta ratione Deum Verbum in se agentem habuit, quum ita ut distingui posset totam actionem apud se non habuisset, sed etiam ante hoc saepissime in eo inerat, qui (*v. quod*) multa eorum quae requirebantur agebat. Quum ei permitteretur, ut momen-
P. 104. tum ante crucem propter eundem usum, ut voluntate sua virtutem pro nobis perficeret***, quum etiam in his ab eo incitaretur et confirmaretur ad perpetrationem eorum quae necesse erant perfectam.

* Ms. ܡܣܬܡܟܝܢ ** 1 Cor. 2, 6. *** Ms. ܢܫܡܠܐ

Et post alia, ex eadem sectione: Quoniam antequam infans sciat bonum vel malum, malo repugnat ut praeferat bonum. Nam si malo repugnat, praefert autem bonum, patet eum discriminatione illud in odio habuisse, hoc amasse. Nam discriminatione erga malum electio sine dubio oritur.

Et porro: Patet autem igitur etiam hoc, quod virtus diligenter et multa cum facilitate finivit plus quam poterat (*sola per se*) erga hos alios homines reliquos. Deus enim ut etiam in praescientia hujus, quomodo futurum erat, quum in ipso creationis nostrae initio eum secum univisset, auxilium magnum ex eo dabat ad finitionem eorum quae requirebantur, quum pro redemtione omnium haec de eo gubernaret*, et eum incitaret ad ea quae perfectissima sunt exonerans eum multitudine laborum, sive ad animam spectabant, sive per corpus oriebantur. Et hanc magnam finitionem et exonerationem virtutis ei parabat.

(Quae sequuntur Lag. p. 104, 16—19 translata sunt p. 60 fragm. 2.)

Ex eadem (LX) sectione: Nam quando loquimur tanquam de Deo atque creatore universi, et conaturali cum Patre et qui cum eo ob cognationem naturalem laudatur, naturam Verbi intelligimus. Quando autem ut de terminato loquimur atque de eo qui nunc supra coelum est, in fine autem motu transmigrationis hic venturus est, tum hominem intelligimus, eum qui unione cum eo (*Deo Verbo*) ab universo honorem accipit. Et hac laude tota dignus habitus est et veniet judex orbis totius.

(Quae sequuntur Lag. 104, 27—105, 24 translata sunt p. 43, 8—49, 9.)

Ex sectione LXVI: Etiam igitur ex testimoniis probantibus et ex ordine eorum quae dicuntur demonstratur, hominem honorari non posse Deum Verbum cum carne, sed hominem esse animal ut hoc (!). P. 105.

Et porro: Omni igitur ratione hi vituperandi sunt, quod stultissime loquuntur, quia cognomine hominis Deus Verbum cum carne non cognoscitur. Notum autem est Scripturam

* Ms. ܡܕܒܪ

semper, ubi cognomen hominis de Christo commemorat, indicare naturam hominis, quae perfecta ab eo assumta est ad redemtionem nostram, eam (*naturam*) quam Scriptura in consuetudine habet hoc cognomine appellare.

(Quae sequuntur Lag. 106, 4—8 translata sunt p. 47, 2—7; et Lag. p. 106, 9—14 v. p. 48, 13—20.)

Et post alia: Et haec quidem, ne nimis extendatur oratio, de naturis satis dicta sunt, et de eo quod anobis demonstratur ex Scriptura divina aperte probari illum esse adjuvantem, hunc auxilio egentem.

Ex sectione LXXVII: Et propterea haec nunc mittantur. Hoc autem Dei auxilio a nobis demonstrabitur, hominem esse qui assumtus est, per ea quae aperte dicuntur. Eum esse in natura alium ac Deum Verbum a nobis probatum est.

Et post alia: Eum enim decebat, per quem cujusque causa universum est (patet autem eum de Deo Verbo loqui), et multos filios in gloriam introduxit, eos qui adoptionis (υἱοθεσία) digni habiti sunt, ut finem vitae eorum passionibus consummaret (de homine qui ab eo assumtus est loquitur).

Et post alia: Satis igitur etiam ex his probatur filium Dei esse pro se (*ens distinctum ab aliis*). Homo vocatur is, qui a Deo Verbo assumtus est.

(Quae sequuntur ex „expositione fidei" Lag. 106, 29—107, 6 v. graece apud Migne, p. 1017 lin. 19 ab inf. (καὶ οὔτε) — lin. 8 ab. inf. (Κυρίου), et Lag. p. 107, 6—11 ib. p. 1020 lin. 4—11 (κυριότητος).)

P. 108. Ex libro ad baptizandos. Jesum enim, ait, de Nazareth, quem unxit Deus Spiritu Sancto et virtute, qui ubi unctionem meritus est, immaculatus effectus est per omnia. Dicit enim eum qui per Spiritum sempiternum immaculatum sese obtulit Deo, etiam conjunctionem cum natura divina meruisse.

Neque enim conjunctionem suscepisset illam, nisi prius immaculatus perfectus esset.*

Et post alia: Nunc igitur, dixit, unum dominum confitemur, qui a natura unus et divinus est, ad quem pertinet pater, qui hominem pro salvatione nostra assumsit, et quum in eo esset cognitionem de se omnibus praebuit; qui quomodo vocandus sit Angelus** dixit, qui unctus est Spiritu Sancto*** „quo immaculatus factus est justificatus est, sicut Beatus Paulus† dicit.“

Ex commentario Evangelii Matthaei: „Hic totus, ait, me altior est, ita ut dignus non sim qui ejus calceum portem††.“ Atque ne credamus, se hoc dixisse eum adulantem (*addit*): „hic vos baptizabit Spiritu Sancto et igni, is dabit vobis gratiam Spiritus.“ Quod ego vobis dare non possum, is vobis dabit — non propter naturam suam, sed propter potestatem quae in eo est.

(Quae sequuntur Lag. 107, 18—22 v. apud Migne p. 705—6 ad Matth. 3, 15.) Et post alia: „Liber γενέσεως Jesus Christi filii Davidis†††“. Paulus quoque dixit*†, quod cum hoc consentit: „de filio ejus, qui natus est ex semine Davidis in carne.“ Non enim iis dixit: Quid putatis de eo qui inhabitavit vel de Deo Verbo vel de filio Dei, qui ab eo natus est? in quem illud „a Davide“ referri non poterat.

Et post alia: Hoc igitur dicit: „is qui natus est ex semine Davidis in carne“ ut indicaret eum qui assumtus est esse natum et vere filium Dei probatum esse, quum potestate Spiritus Sancti exstiterit.

Ex commentario Matthaei: Quoniam autem tempus per- P. 108.
fectionis expectatae venerat, assumsit misit ad gubernationem

* Cfr. Migne p. 1014. Marii Mercatoris vestigia sequens transtuli. ** Hoc refero in Luc. 1, 32 καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται. *** Cfr. Migne p. 1015 lin. 3 squ. † 1 Tim. 3, 16. †† Matth. 3, 11. ††† Matth. 1, 1. *† Ad Rom. 1, 3.

pro nobis eum, qui ex nobis et pro nobis assumtus est, eum quem etiam ordine quo creavit per conjunctionem (συναφεία) cum Deo Verbo ostendit. Quem a muliere natum, quum necesse esset ut in natura esset homo, legi subjecit.

Ex commentario epistolae ad Hebraeos:* Et quis est qui in orbem intrat et dominium ejus accipit? quid est, cui contingit ut etiam ab Angelis adorationem habeat? — Neque enim quisquam, etiamsi deliraret, diceret Deum Verbum esse qui intrat, eum qui omnia quae non erant fecit, et potestate sua ineffabili id quod sunt iis dedit.

* Cfr. Ad Hebr. 1, 6.

Index locorum biblicorum.

Gen. 1, 26 = Pag. 14
1, 27 = „ 15
1, 28 = „ 16
1, 29 = „ 17
2, 1 = „ 18
2, 8 = „ 21
2, 10 = „ 21
2, 15 = „ 9
21, 5 = „ 29
26, 13 = „ 29
26, 14 = „ 29
Jos. 8, 4 = „ 28
Jes. 6, 2 = „ 49
Hos. 4, 12 = „ 6
Ps. 7, 2 = „ 29
8, 1—3 = „ 35
8, 6 = „ 34
37, 14 = „ 29
75, 8 = „ 55
94, 22 = „ 29
116, 2 = „ 61
Prov. 9, 1 = „ 55
Job 38, 7 = „ 3
Matth. 1, 1 = „ 69
1, 16. 18. 20 = 52
2, 3 = „ 30
3, 11 = „ 69
3, 17 = „ 31
4, 1. 11 = „ 13
4, 4 = „ 40
6, 6. 17 = „ 36
Matth. 10, 8 = Pag. 30
10, 28 = „ 65
10, 40 = „ 33
21, 10 = „ 35
25, 40 = „ 33
25, 41 = „ 12
28, 13 = „ 33
Marc. 12, 25 = „ 12
Luc. 1, 15—17 = „ 32
1, 31. 34. 35 = 53
2, 11 = „ 32
2, 40. 51 = „ 53
2, 52 = „ 37
3, 16 = „ 31
8, 30 = „ 12
Joh. 1, 14 = „ 44
2, 14 = „ 51
8, 40 = „ 40
16, 14 = „ 65
17, 6 = „ 47
Acta 1, 11 = „ 43
1, 16 = „ 29
Rom. 1, 3 = „ 69
5, 12 = „ 63
11, 29 = „ 61
14, 11 = „ 46
16, 25—27 = „ 11
1 Cor. 2, 6 = „ 66
2, 6—9 = „ 11
2, 9 = „ 14. 34
5, 5 = „ 29

Rom ~~1 Cor.~~ 8, 20. 21	=	Pag.	10
9, 20	=	„	30
11, 1	=	„	30
2 Cor. 2, 7—9	=	„	34
4, 14	=	„	43
Gal. 1, 8	=	„	12
3, 13	=	„	28
Ephes. 3, 10	=	„	13
Philipp. 2, 6. 7	=	„	45. 47
Philipp. 2, 7	=	Pag.	44
2, 8	=	„	45
2, 9	=	„	46
2, 10	=	„	46
1 Thessal. 5, 23	=	„	37
1 Tim. 3, 16	=	„	53 64. 69.
Hebr. 1, 6	=	„	70
1, 14	=	„	12

Addenda.

1) Ad descriptionem codicis Add. 14669 addendum est, nonnulli puncta diacritica a manu recentiore apposita esse. Iam vero quum non ubique pro certo distinguere possem, utra esset manus prior, utra posterior, atque quum haec non multo recentior sit quam illa, habitum textu in Cod. exhibitum retinui.

2) 13, 7 post „servitium" complendum „ejus vocavit, quoniam pr eo et erga eum peragebatur."

3) 32, 19. 20 pro „multa cum conturbatione" leg. „in tota Judaea".

4) 37, 8 pro „opus esse" leg. „quod sibi relit."

5) 42, 13 post „memoravit autem" lacuna; fortasse „propterea ܡܛܠ ܗܘ.

6) 44, 19 post „gravitatem et" adde „praestantiam."

